¶ Et difficultas eſt ẽt in cognitione principioꝝ. Perſcrutandũ eſt.n.vtruȝ exiſtimãduȝ ſit ꝙ elemẽta ⁊ principia ſunt genera: aut ſunt illa ex qbus fiunt oĩa. V.g. vtrum elemẽta vocis ⁊ principia eius ſunt iſta ex quibus cõponunť oẽs voces:aut ſunt voces vl'es. Et vtrũ elemẽta propoſitionũ ſint ꝓpoſitiones:quaruȝ demonſtratio hȝ eſſe cum demonſtratiõe aliarũ propoſitionũ: aut elemẽta eorum eſt demr̃atio que eſt omniũ propoſitionum aut pluriũ. Et ẽt qui dicunt.ſ.qui fingunt ꝙ elementa ſunt plura:⁊ qui fingunt elemẽta eſſe vnuȝ.dicũt ꝙ principia corpoꝝ ſunt ea ex qbus cõponunť ⁊ conſtituuntur:ſicut dicit Empedo. Fingit.n.ꝙ elementa ſint aqua ⁊ ignis nõ vniuerſalia eorũ. Et ꝙ compoſita ſunt ex eis. Sed non dicit ꝙ iſta elementa ſunt ſicut genera entium. Et cum hoc ſi aliquis voluerit ſcire naturas rerum dȝ perſcrutari ex qbus componunť. V.g.ſi aliquis voluerit ſcire naturã lecti perſcrutabiť ex quibus componitur lectus. Cum igitur ſciuerit ex qbus partibus componiť:⁊ q̃uo conſtituiť: tunc ſciet naturã eius. Ex iſtis igitur ſermonibus declarabiť ꝙ genera entiuȝ nõ ſunt principia. Si aũt ſcimus oĩa ex diffõnibꝰ:tunc neceſſe eſt vt gña ſint ꝓncipia reruȝ diffinibiliũ. Et ſi poſſe eſt vt entia cognoſcanť ꝑ formas ꝑ q̃s diſponunť entia: ⁊ genera ſunt ꝓncipia formaꝝ: tunc genera erunt ꝓncipia ſciẽtie entiũ. Et qdaȝ eoꝝ q fingũt ꝙ elemẽta entiuȝ ſunt vnũ ⁊ ens:⁊ magnũ ⁊ ꝑuũ:faciũt ea quaſi gña. Sed impoſſe eſt vt ꝓncipia dicanť duobꝰ modis. Diffõ.n.ſbe eſt eadẽ. Et ſi fuerit dictũ ꝙ ꝓncipia ſunt duobꝰ modis:

continget vt diffō que eſt ex generibꝰ ſit alia a diffōne que diffinit rem ex rebus ex qbus eſt: ⁊ ſunt in diffōne eius. Et cū hoc dicamꝰ ꝙ ſi genera ſint principia/ ꝯſiderandū eſt que genera ſunt principia: vtrū pria: aut vltia q̄ numerant̄ numero. Habꝫ.n.dubiū. Qm̄ ſi vl'ia ſunt magis pria q̄ȝ alia: manifeſtū ē ꝙ pricipia ſunt genera altiſſima. Hec.n.genera cōueniūt.i.vniuoce dicunt̄ de oībus q̄ ſunt ſub eis. Numerꝰ igit̄ ꝓncipioꝝ entiuꝫ erit ſm̄ numeꝝ primoꝝ geneꝝ. Et erūt vnuꝫ ⁊ ens ꝓncipia ⁊ ſb̄e entiū. Hec.n.in maiori pte dn̄r de oībus entibus. Et impoſſe eſt vt genꝰ entiū ſit vnū aut ens. Drie vero oīum generū reꝝ hn̄t eſſe neceſſario. Et oīs dr̄ia ē vna numero. Impoſſe eſt vt forme p̄dicent̄ de gn̄e: neqꝫ de differētijs ꝓprijs: neqꝫ genꝰ p̄dicat̄ niſi de formis que ſunt ei. Manifeſtū eſt igitur ꝙ ſi vnū ⁊ ens ſunt genera: nō neceſſe eſt vt aliqua differētia ſint vnum ⁊ ens. Sed ſi vnum ⁊ ens non fuerint genera non erunt principia: cum principia ſint genera.

10 ¶ Et in cognitione principioꝝ ⁊c̄.i. ⁊ in cognitione principioꝝ eſt qō difficilis.ſ. vtruꝫ principia ⁊ elemēta reruꝫ ſint genera ⁊ vl'ia eoruꝫ: aut ſunt cauſe indiuiduales ex qbus cōſtituunt̄ res pticulares q̄ ſunt in illis generibꝰ nō vl'ia gn̄a illaꝝ caꝝ. V.g. vt elemēta dictionū ſunt lr̄e indiuiduales.ſ. voces audibiles que dn̄r lr̄e ex qbꝰ cōſtituunt̄ dictiones aut vox vl'is: ⁊ lr̄a vl'is que eſt quaſi genus iſtarū. D.d. ⁊ vtꝝ elm̄ta ꝓpōnuꝫ ⁊c̄.i. ⁊ ſimil'r q̄rit̄ ēt vtꝝ principia ꝓpōnū ſint ꝓpōnes particulares qbus vtunt̄ in vnaquaqꝫ demrōne: aut demrō ſimpl'r vl'is que eſt ex propōnibus vl'ibus. ¶ D. incepit dicere dicentes principia eſſe particularia: non vl'ia: ⁊.d. ⁊ ēt qui fingunt ⁊c̄.i. ꝙ antiqui fingentes elm̄ta eſſe plura: ⁊ fingentes elemētuꝫ ēt eſſe vnuꝫ: opinant̄ ſunt ꝓncipia eſſe indiuidualia: ex qbus ꝯſtituunt̄ ſenſibilia vt Empe. qui fingit ꝙ elemēta cōpoſitoꝝ ſunt aqua ⁊ ignis: ⁊ aer: ⁊ terra.ſ. iſta indiuidualia nō vl'ia eoꝝ. V.g. corpꝰ: ⁊ ꝙ oīa cōpoſita indiuidualia ex iſtis cōponunt̄ ⁊ ꝑ ea ꝯſtituunt̄: ⁊ nō opinant̄ ꝙ gn̄a iſtoꝝ aut vl'ia eoruꝫ intellecta ſunt elemēta vl'ia. Et hoc intēdebat cum.d. ⁊ nō dicit ꝙ iſta elemēta ⁊c̄.i. ſed nō dicit ꝙ iſta ſunt elemēta: ſed ꝙ ſunt quaſi genus omniuꝫ generabiliuꝫ. ¶ Et cum.d. iſtos dicentes ꝙ principia ſunt principia ſingularia nō vniuerſalia: incepit dicere ēt rationes eorum: ⁊.d. ⁊ cum hoc ſi aliquis voluerit ⁊c̄.i. ⁊ rōcinando dicentiuꝫ ſingularia eſſe principia nō intellecta: ⁊ ꝙ ſi aliquis voluerit ſcire qd eſt lectus perſcrutabit̄ de his de quibus componit̄ lectus. cum enim ſciuerit ea ex quibus componit̄: ⁊ quomō componit̄ ſtatim ſciet naturam lecti. ¶ Deinde.d. ex iſtis ergo ſermonibꝰ ⁊c̄.i. ex iſtis igitur ra-



rocinationibus ⁊ eis ſimilibus apparet ꝙ vniuerſalia rerum non ſunt principia earum.

¶ Deinde incepit ēt dicere rōcinationes inducētes vniuerſalia eſſe 2
principia: ⁊.d. ſi autem ſcimus oīa ex diffinitionibꝰ ⁊c̄.i. ⁊ iſta rō eſt ſufficiens etiā: qm̄ cum fuerit poſituꝫ ꝙ ſciētia rerum eſt per diffōnes earum: ⁊ fuerit poſituꝫ ꝙ diffinitiōes ſciuntur per genera: manifeſtū eſt ꝙ cōtingit ex hoc ꝙ ſciā rerum ſit per genera earuꝫ: ⁊ cū cōiunget̄ ei ꝙ ſciā rei eſt ꝑ principia eius cōcludet̄ ex hoc ꝙ genera rerum ſunt principia. ¶ D.d. ⁊ ꝙ impoſſe eſt vt entia ⁊c̄.i. ⁊ iſte ſermo eſt manifeſtus. qm̄ cum fuerit poſitum ꝙ entia cognoſcūtur per ſuas formas ꝑ quas diſponunt̄ ſm̄ quid: ⁊ fuerit poſitum ꝙ genera ſunt principia iſtarum formaruꝫ: concludet̄ ꝙ entia cognoſcunt̄ per ſua genera. Et cum cōiungetur huic ꝙ ea per que cognoſcunt̄ res ſunt principia earum: cōcludetur ꝙ genera que ſunt principia cognitionis nō ſunt ꝓncipia eſſendi. ¶ D.d. ⁊ quidaꝫ eorum qui fingunt ⁊c̄.i. ꝙ dicentes genera faciunt ea que ſunt eis: ſicut vnuꝫ ⁊ ens: ⁊ magnū ⁊ paruū: vl'r genera que dicūtur vniuoce eſſe ꝓncipia. ⁊.d. hoc vr: q̄ quidā iſtorū nō ponūt genera eſſe ꝓncipia niſi ea que dicunt̄ vniuoce. ¶ D.d. ſed impoſſe eſt vt principia ⁊c̄.i. ⁊ impoſſe eſt cōgregare.i. facere cōuenire iſtos ſermones ſibi cōtradicētes ita ꝙ principia inueniant̄ duobus modis in ſimul: ꝓncipia.n. ſunt ſb̄e ⁊ ſb̄a eſt vna nā. Vl'e autē ⁊ indiuiduale ſunt due nature. hoc.n. intellectū: hoc aūt ſenſibile. ¶ D.d. ⁊ ſi dictuꝫ ſuit ⁊c̄.i. ⁊ cōtingit vt diffinitiōes ꝓncipioꝝ diuerſificent̄: diffinitio enīꝫ principioꝝ ſm̄ ꝙ principia ſunt genera ⁊ vl'ia: eſt alia a diffinitione eoruꝫ ſm̄ ꝙ ſunt partes rei diffinibilis. ¶ Et cum dedit dubitationes cōtingentes ponētibus principia eſſe aut nō eſſe genera: incepit dicere ēt difficultatē contingentē in poſitiōe eoꝝ eſſendi genera: ⁊.d. ⁊ cū hoc ſi fuerint genera ꝓncipia ⁊c̄.i. ⁊ cum hoc ſi conceſſerimus ꝙ genera ſunt principia naſcetur h̄ locus ꝑſcrutationis ⁊ difficultatis.ſ. vtrū ꝓncipia ſint altiſſima gn̄ā.ſ. gn̄āliſſima: aut vltima que diuidunt̄ in indiuidua.ſ. ſp̄āliſſima. D.d. hꝫ.n. dubiū ⁊c̄.i. qm̄ ſi principia geneꝝ ſunt magis prima genera: neceſſe eſt vt genera generaliſſima ſint ꝓncipia: cum ꝓncipia generuꝫ ſunt genera gn̄āliſſima. Iſta.n. gn̄ā predicant̄ de oībus que ſunt ſub eis vniuoce.i. ſm̄ quid. D.d. ⁊ erunt vnuꝫ ⁊ ens ꝓncipia.i. ⁊ cōtingit ſm̄ hoc vt vnum ⁊ ens ſint principia entiuꝫ. Iſta enīꝫ ſunt vniuerſaliora generū que p̄dicātur de oībus ſm̄ cōuenientiā. ¶ D.d. ſed impoſſe eſt vt genus entiuꝫ ⁊c̄.i. ſed impoſſe eſt vnū ⁊ ens ſint gn̄ā oīum rerū. Sunt.n. gn̄ā altiſſima quoꝝ neutrū collocat̄ ſub altero: ⁊ vtrūqꝫ hꝫ dr̄iam vnam ꝓpriā abſqꝫ eo ꝙ cōueniūt in vnā nām. Hoc nomē a igitur ens dictuꝫ de eis nō notificat de eis vnaꝫ nām cū nature eoruꝫ ſint diuerſe. D.d. ⁊ impoſſe eſt vt genus prediceet̄ de formis ⁊c̄.i. ⁊ impoſſe eſt vt aliquid predicet̄ predicatione generis de rebus habētibus formas diuerſas que nō cōicāt in vna forma numero: ſed genus nō predicatur niſi de formis que cōicāt numero. ¶ Deinde.d. manifeſtuꝫ eſt igit̄ ꝙ ſi vnuꝫ ⁊ ens ⁊c̄.i. ꝙ ſi vnum ⁊ ens fuerunt genera vniuerſalia deceꝫ predicamentis.ſ. ꝙ dicātur de eis vniuoce: neceſſe eſſet vt intellecta non haberent dr̄ias quibꝰ differrēt abinuicē in oībus ſuis naturis: adeo ꝙ nā ſb̄e ⁊ qualitatis ſit eadeꝫ. Deinde.p. ſed ſi vnū ⁊ ens non ſunt ge-

Vl'e ⁊ indiuiduale ſūt due nāe: hoc intellectuꝫ: hoc aūt ſenſibile.

a Hoc nomen ens dictū de decē p̄dicamētis nō notificat de eis vnaꝫ nām: cū nāe eoꝝ ſint diuerſe. Ideꝫ 10.met.c.8. Iō.12.met. 19.⁊.20.cō. Et p̄ ph.13. Et.4.meta. 2.⁊ ī p̄dicamētis.

nera ⁊c̄.i.⁊ hoc ēt cōtingit eis ſi vnum ⁊ ens nō fuerint genera ⁊c̄.i. ſed continget iſtis ſi vnum ⁊ ens nō fuerint genera ꝙ vnuꝫ ⁊ ens nā ſint principia: ponunt eniꝫ ꝙ principia ſunt genera. ⁊ hoc ēt ꝯtinget fingentibus ꝙ principia ſunt vnum ⁊ ens.

¶ Amplius aūt intermedia ⁊ coaccepta cum differētijs erunt genera vſqꝫ ad indiuidua. Nunc aūt hec qdem videntur eſſe: illa vero nō videtur. Adhuc aūt magis dr̄ie ſunt principia q̄ꝫ genera. Si aūt ⁊ hec principia: infinita vt ita dicatur erūt principia. Aliter ⁊ ſiquis primuꝫ: genus principiū ponat. At vero ⁊ ſi magis principij ſpeciem habēs eſt vnum: vnuꝫ aūt indiuiſibile eſt. Indiuiſibile vero omne: aut ſm quātitatē: aut ſm ſpēꝫ. Prius aūt qꝺ ſm ſpeciē. Genera vero diuiſibilia in ſpēs. Magis vtiqꝫ vnum vltimū erit predicatū. Non eniꝫ eſt genus hō aliquoruꝫ hominū. Amplius in quibus prius ⁊ poſterius eſt: nō eſt poſſibile in his aliquid eē ꝑter ipſa. Ut ſi prima numeroruꝫ eſt dualitas nō erit numerꝰ aliquis preter ſpecies numerorū. Similiter aūt nec figura aliqua preter ſpēs figurarū. Si aūt nō hoꝝ ſola aliquorū erunt genera ꝑter ſpēs. Hoꝝ.n. maxime genera eē vidētur. In indiuiduis vero nō eſt hoc priꝰ ⁊ illud poſteriꝰ. Amplius vbi hoc quidē melius: illud vero vilius: ſemꝑ quidē eſt meliꝰ prius. Quare nec hoꝝ erit vtiqꝫ genus. Ex his qdem igitur eo que de indiuiduis ꝑdicant̄ magis q̄ꝫ genera: principia eē vident̄. Iterū aūt quō opꝫ hec exiſtimare principia nō facile dicere. Principiū.n. ⁊ cām opꝫ eſſe: preter res quaꝝ principiū eſt: ⁊ poſſe ab eis ſeparatū eē. Tale vero aliqd preter ſingularia eē ꝑꝑ qꝺ vtiqꝫ aliqs ſuſcipit: niſi qꝛ vl'r ⁊ de oībus ꝑdicat̄. At vero ſi ꝑꝑ hoc. Magis vl'ia magis ponēda ſunt principia. Quare principia prima erunt genera.

*Dē indiuiſibile aut eſt ſm quātitatem aut ſm ſpeciem.*

*In indiuiduis non eſt hoc prius ⁊ illud poſterius.*

¶ Et ēt ꝑſcrutādꝫ eſt de eis que ſciūtur cū differētijs: ⁊ ſunt inter altiſſimū genꝰ ⁊ indiuidua vtrū ſint genera. Aut exiſtimat̄ ꝙ quedā ſunt genera: ⁊ quedā nō. Et cuꝫ hoc vtruꝫ dr̄ie ſunt magis prime q̄ꝫ genera. Si.n. dr̄ie fuerint principia: erunt principia ſm hunc ſermonem



infinita. Et iſte ſermo non cōtingit dicētibus ꝙ principia ſunt prima genera. Et ēt ſi vnum eſt magis primuꝫ q̄ꝫ aliud: ⁊ vnum eſt indiuiſibile. Et omne diuiſibile diuiditur: aut ſm quātitatem: aut ſm formā. Et qꝺ diuiditur ſm quātitatem eſt ante illud qꝺ ſm formam diuiditur. Et genera ſm formam diuiduntur. Et forma ſm quātitatē. Erit igitur vnum predicabile poſtremū magis vnum q̄ꝫ aliud. Homo eniꝫ nō eſt magis cuiuſlibet hominuꝫ. Et ēt dicamꝰ ꝙ generibus reruꝫ habētiū primum ⁊ ante impoſſe eſt vt ſit aliud: niſi forme illaruꝫ rerum. V.g. ꝙ ſi primus numeroꝝ eſt dualitas: tūc numerus nihil aliud eſt q̄ꝫ forme numeroꝝ. Et ſimiliter nulla figura eſt niſi forma figurarū. Et ſi ita eſt tunc genera nihil aliud erunt niſi forme eoruꝫ. Exiſtimabit̄ eniꝫ in maiori ꝙ genera ſunt forme. Indiuidua aūt nō ſunt ante adinuicem. Et etiā ea quoruꝫ quedam ſunt nobiliora ⁊ quedā viliora ſemꝑ nobilius eſt ante vilius. Manifeſtū eſt igitur ꝙ genus nō eſt primū ſm hanc intentionē ēt. Immo declaratur nobis ex iſtis intentionibꝰ ꝙ predicabilia de indiuiduis ſunt principia generū. Et ēt dicamus quomō opꝫ exiſtimare ꝙ iſte forme ſint principia. Iſte eniꝫ ſermo nō eſt facilis. Primum eniꝫ ⁊ cā dꝫ eſſe aliud ab eis quoꝝ eſt primū ⁊ cā: ⁊ vt habeāt eſſentiam qn̄ fuerint ſeparata a rebus. Sed quō pōt aliquis exiſtimare aliqꝺ tale preter genus vl'e predicabile ꝺ oībus. Si igitur rectuꝫ eſt dicere ꝙ vniuerſalia ſunt principia qꝛ ſunt vniuerſalia: tunc neceſſe eſt vt principia ſint ea que ſunt magis vniuerſalia q̄ꝫ forme. Et ſm hoc erunt principia genera prima.

¶ Cum induxit ſermones probantes ꝙ vniuerſalia ſunt principia: ⁊ contradicētes illis.ſ. ꝙ particularia ſunt principia: vult modo perſcrutari de vniuerſalibꝫ que ſunt inter generaliſſimū ⁊ indiuidua: vtrum ſint genera aut non: cum illi qui ponunt vniuerſalia eſſe principia: nō ponunt eſſe ea niſi ſm ꝙ ſunt genera. ¶ Et.d.⁊ etiā perſcrutandꝫ eſt ⁊c̄.⁊.d. in iſtis medijs ꝙ ſunt illa que cognoſcunt̄ cuꝫ differentijs: qꝛ genus altiſſimū eſt ſimplex: ⁊ illa media ſunt compoſita ex genere ſuperiori ⁊ ex differētia per quaꝫ diuiditur iſtud genus. Sunt igitur ſicut.d. cognita cum differētijs.i. cum differētijs adiun/ 11

*Genꝰ gnāliſſimū eſt ſimplex: ⁊ genera ſbalterna ſūt ꝯpoſita.*

ētis cū eis: ꝛ ꝑſcrutaṫ vtrū oīa ſint genera: aut quedā. ℭ Et. d. hoc q̄ ſpēs ſpecialiſſima nō eſt gen⁹. Et incepit in hac ꝑſcrutatiōe ꝑſcrutari vtrum differentie ſunt magis principia q̄ genera: aut ecōuerſo. Iſta eniꝫ media componunṫ ex generibus ꝛ differētijs. Si igitur dr̄ie ſint priores generib⁹ tūc iſta media erūt priora altiſſimo genere: ꝛ quāto genus fuerit magis compoſitum differentijs: tanto magis primum erit. Si aūt genus fuerit prius differentia erit ecōuerſo: ꝛ. d. qm̄ ſi differētie fuerint ꝑncipia erūt ſꝫ hoc ꝑncipia īfinita. ℭ Et pōt ītelligi ꝙ nō habebimus viā ad numerādū principia: ꝛ ſic erunt ignota apud nos: differentie eniꝫ lꝫ nō poſſint numerari a nobis: tamē non dubitamus eas eſſe finitas apud nām. ℭ Et forte poſuit ea infinita ſm ꝙ eſt famoſuꝫ ſcꝫ. a ſermo enim eius in hoc loco eſt ſm ꝓbabilitatem hoīum. ℭ Et forte intelligit ꝙ ſi fuerit poſitum ꝙ illud qđ eſt magis particulare eſt magis principiuꝫ q̄ vl'e: ꝯtinget vt forme indiuiduoꝝ ſint principia: ꝛ ſic principia erūt infinita. ℭ Deinde. d. ꝛ iſte ſermō ſequitur dicentes ꝙ principia ſunt genera: ita inueniṫ in exemplari: ꝛ forte diminuiṫ ibi hec particula nō: ꝛ tunc ſermo erit ſm ſuū manifeſtum. Et ſi exemplar eſt verum dꝫ tunc legi ſic: ꝛ iſtum ſermonē ſequunṫ dicentes ꝙ principia ſunt genera: ꝛ ſuſtentaṫ ſuper hanc queſtionem: quoniā cuꝫ principia fuerint finita: ꝛ differentie fuerint infinite: ꝛ genera fuerint finita: continget ei neceſſario vt principia ſint genera. ℭ D. induxit rōnē dicentiū ꝙ differētie ſunt magis ꝑncipia q̄ prima genera: ꝛ. d. ꝛ ēt ſi vnuꝫ eſt magis ꝑmū ꝛc̄. i. q2 illud qđ diuiditur ſm formā ꝛ eſt primū gen⁹ diuidiṫ in aliqđ qđ eſt vnum ſm formam: ꝛ vnum ſm formā ꝑuenit diuiſio in eo ad vnuꝫ ſm quātitateꝫ: ideo illud qđ eſt indiuiſibile ſm quātitatē eſt magis vnuꝫ q̄ illud qđ eſt indiuiſibile ſm formaꝫ. Et cum ita ſit illud qđ eſt minoris diuiſibilitatis eſt propinqui⁹ nature vnius: qđ eſt cauſa multitudinis: qđ igitur eſt minoris diuiſibilitatis eſt prius illo qđ eſt pluris diuiſibilitatis. Species igiṫ vltima eſt prior omnib⁹ ſuperiorib⁹. U. g. homo qui diuidit in homines indiuiduales: non in ſpecies. ℭ Deinde. d. ꝛ ēt dicamus ꝙ genera reruꝫ habētium ante ꝛ poſt impoſſe eſt ꝛc̄. i. ꝙ genera priora ſuis differētijs non habēt eſſe niſi in ſuis differentijs: ꝛ ſunt forme in quas diuidūtur. U. g. ꝙ animal nō hꝫ eē in actu niſi in ſuis ſpecieb⁹ in quas diuidiṫ: ſimil'r color non hꝫ eſſe niſi in ſpecieb⁹ colorum: ꝛ numer⁹ non hꝫ eſſe niſi in primo numeroꝝ. ſ. in dualitate: deinde in alijs ſpecieb⁹ numeri: ꝛ dualitas eſt prima forma formaꝝ numerorum. ℭ Deinde. d. ꝛ ſi ita ſit impoſſe eſt vt genera ſint aliud niſi forme ſue. i. ꝙ genera non hn̄t eſſe niſi cum formis. D. d. indiuidua aūt nō ſunt ante adinuicē. i. quapp continget eis vt eſſent in ſe adinuicē: ſed vnūquodqꝫ eoruꝫ eſt exiſtēs in actu per ſe non eſt in eis poſterius qđ cōſtituaṫ per prius. ℭ D. induxit tertiaꝫ rōnem: ꝛ. d. ꝛ etiā ea quoꝝ quedaꝫ ſunt nobiliora ꝛc̄. i. ꝛ ēt q2 manifeſtuꝫ eſt ꝙ nobilius eſt prius viliori: ꝛ ſpēs videṫ nobilior eſſe genere: manifeſtum eſt ꝙ ſpēs eſt prior genere: prius aūt magis eſt pꝛīcipiū q̄ poſteri⁹: ꝛ dixit hoc: q2 ſpecies eſt ꝑfectio generis. Manifeſtuꝫ eſt igitur ex hoc ſermone ꝙ genus non dꝫ eſſe prius ſpecie: imo apparet nobis ex hac intentione ꝛ predictis ꝙ vltima ſpecies dꝫ eſſe prior: ꝛ hoc intendebat cū dixit. ꝙ ꝑdicabilia de indiuiduis ſunt ꝑncipia. i. vltime ſpēs.

Dr̄e reꝝ lꝫ non poſſint numerari a nobis: tn̄ nō dubitamus eas eē finitas apđ naturam.

a Sermo Ariſ. in hoc loco eſt ſm probabilitatem hoīuꝫ.

Gen⁹ nō hꝫ eē niſi ī ſuis ſpēb⁹. Ideꝫ 7. met. 43.

Spēs ē ꝑfectio gn̄ris.



ℭ Et cū induxit rationē ꝙ ſpecies eſt prior gn̄e: etiaꝫ induxit rōnem ꝙ genus eſt prius ſpecie. Et dixit. ꝛ etiā dicamus quō eſt exiſtimādū ꝙ iſte forme ꝛc̄. i. ſed poteſt aliquis dicere quō poſſumus dicere ꝙ forme ſpecierum ſunt digniores ad eſſendum principia q̄ genera. Principia enim debent eſſe alia ab eis quorum ſunt principia: ꝛ vt ſint habentes naturam ſeparatam per ſe. ℭ Deinde dixit. ſed quomodo poteſt aliquis exiſtimare ꝛc̄. i. ſed quomodo poteſt aliquis exiſtimare in iſtis ꝙ principium eſt aliud ab eo cuius principium ſm diffinitioneꝫ primam: ꝛ non exiſtimatur hoc in genere cum ſpecie. i. ſpecies enim cum eſt principium non exiſtimatur eſſe aliud ſm diffinitionem ab eo cuius eſt principium: primum igitur genus vniuerſale predicabile de omnibus eſt principium. ℭ Deinde dixit. ſi igitur rectum eſt dicere ꝛc̄. i. ſi igitur neceſſe eſt vt vniuerſalia ſint magis principia ſm ꝙ ſunt vniuerſalia: neceſſe eſt vt forme magis vniuerſales ſint magis ꝑncipia q̄ ille que ſunt minus vniuerſales. ergo genera ſunt magis principia q̄ ſpecies: ꝛ ſm hoc continget vt prima genera ſint principia: cum ſint vniuerſaliora omnibus.

ℭ Eſt aūt habita his dubitatio ꝛ oīuꝫ difficilima: ꝛ ad ꝯſiderāduꝫ maxie necīa de qua orō nunc exiſtit. ℭ Nā ſi non eſt aliqđ ꝑter ſingularia: ſingularia vero infinita: quomō ꝯtingit accipere ſciam. ℭ Nam inq̄ꝫtum vnuꝫ aliqđ ꝛ idem: ꝛ inq̄ꝫtū vl'e aliqđ eſt: in tm̄ oīa cognoſcimus. ℭ At vō ſi hoc eſt neceſſe: ꝛ opꝫ aliqđ eſſe preter ſingularia: neceſſe vtiqꝫ erit gn̄ā eē ꝑter ſingularia: aut vltima: aut prima: hoc autē q2 īpoſſe: nuper oñdimus dubitādo. ℭ Amplius aūt ſi q̄ꝫ maxime eſt aliqđ preter ſimul totū: qn̄ predicaṫ aliqđ de mā: vtrum ſi eſt aliquid: preter oīa opꝫ aliqđ eē: aut ꝑter quedā eſſe: ꝛ preter q̄daꝫ nō eē: aut preter nihil. ℭ Si qdē igiṫ nihil eſt ꝑter ſingularia: nihil vtiqꝫ erit intellectuale: ſed omnia ſenſibilia: ꝛ nullius ſcīa: niſi qs dicat eſſe ſciam ſenſuuꝫ. Amplius aūt nec ſempiternū eſt aliqđ: nec īmobile: nā ſenſibilia oīa corrūpunṫ ꝛ in motu ſunt. At vero ſi ſempiternuꝫ nihil eſt: nec gn̄ationē eſſe poſſibile eſt. Neceſſe eſt eīm aliqđ eē qđ fit: ꝛ ex quo fit: ꝛ hoꝝ vltimū ingenitū ſi ſtatur: ꝛ ex non ente generari impoſſe. Amplius aūt cum ſit gn̄atio ꝛ motus finē eſſe neceſſe eſt. Motus eīm nullus eſt infinitus: ſꝫ motionis oīs eſt finis. Generari eīm non poſſe qđ impoſſe eſt factum eſſe. Quod aūt eſt generatū neceſſariū eſt eſſe quādo primū factū eſt.

Principia dn̄t eē alia ab eis quorū ſunt ꝑncipia.

Negatiue.

Ex h̄ ſumiṫ ꝙ plura vt vnū ītelligi pn̄t.

Affirmatiue.

Utrū vl'e ſeparatuꝫ ſit cōpoſitū ex mā ꝛ foīa.

Utruꝫ vl'ia ſint ſepata vel cōiūcta ꝛc̄.

Amplius aũt ſi materia eſt q2 ingenita eſt:multo ratio/
nabilius eſt ſubſtantiaȝ quando illa ſit eſſe. Nam ſi hec
non erit:nec illa:nihil erit omnino. ¶Sȝ ſi hoc eſt im/ In oppoſi/tum.
poſſibile neceſſe eſt aliquid eſſe pꝛeter ſynolon.ſ. foꝛ/
mam ⁊ ſpeciẽ:ſed ſi hoc iteruȝ quis ponit dubitatio eſt
in quibus hoc ponet:⁊ in quibus non. Naȝ ꝙ in oĩbus
non poſſibile ſit manifeſtũ eſt. Non eñ vtiq; ponemus
domũ aliquã pꝛeter ſingulares domos.

¶Et ſequit̃ hanc q̃õnem difficilẽ alia difficilioꝛ oĩbus
que neceſſario eſt cõſiderãda:⁊ eſt iſta:qm̃ ſi nihil aliđ
eſt q̃ȝ particularia:⁊ particularia ſunt ĩfinita: quomodo
eſt poſſibile vt cõpꝛehendatur ſciẽtia infiniti? Scimus
enim oĩa per vl'e vnum permanẽs in ſua diſpoſitione.
Si igit̃ iſte ſermo eſt neceſſarius vt aliud ſit a particula
ribus:neceſſe eſt vt vltima genera ⁊ ꝓma ſint alia a par
ticularibus:⁊ iam diximus ꝙ hoc eſt impoſ'e. Et etiam
quãdo opȝ affirmare aliquod vniuerſale aliđ ab omni/
bus particularibus. Dicamus igit̃ quando aliquid di/
cetur de materia:vtrũ illud ſit aliud ab omnibus parti/
cularibus:aut eſt aliud a quibuſdam:aut nõ eſt aliud a
quibuſdam:aut nõ eſt aliud ab aliquo eoꝝ. Qm̃ ſi non
fuerit aliud a particularibus nihil erit intelligibile:ſed
oĩa erunt ſenſibilia:⁊ ĩpoſ'e erit vt aliq̃d ſciat̃ per ſciam
niſi aliq̃s fingat ꝙ ſenſus eſt ſcia. Et ẽt erit impoſ'e ali/
quid eẽ eternũ:⁊ ĩmobile. Oĩa eñ ſenſibilia ſunt coꝛru
ptibilia. Sed ſi nihil fuerit eternuȝ ⁊ ĩmobile: impoſ'e
eſt gñationẽ eſſe: neceſſe eñ erit gñationem eſſe: vt ex
quo ſit gñatio:⁊ vt ꝓmũ iſtoꝝ ſit ingenerabile ſi ceſſent.
Et eſt impoſ'e vt aliq̃d ſit ex nihilo:qm̃ ſi gñatio eſt:ne
ceſſe eſt vt motus habeat finẽ. Nullus enim motus eſt
infinitus:ſed oĩs motus hȝ finẽ ⁊ cõplemẽtũ. Et ĩpoſ'e
eſt vt ſit illud qđ impoſ'e eſt vt fiat. Illud autẽ qđ ſit eſt
poſ'e in pꝛimo qđ ſit neceſſario. Et ẽt ſi res vl'is eſt mã
q2 non generat̃ neceſſe eſt vt ſubſtãtia ſit magis pꝛima
q̃ȝ mã:qm̃ ſi vl'e non eſt materia neq; ſubſtãtia cõpꝛehẽ
ſibilis nihil erit omnino. Si igit̃ hoc non fuerit erit vni
uerſale qđ eſt aliud ab iſtis particularib⁹ foꝛma ⁊ figu/
ra neceſſario. Si igitur finxerit aliquis hoc : continget
ei aliquod inopinabile. Non eniȝ poteſt dicere ꝙ hoc
eſt poſſibile in omnibus rebus:ſed in quibuſdã eſſe:in
quibuſdam non. Manifeſtuȝ eſt igit̃ ꝙ impoſſibile eſt
hoc eſſe in omnibus rebus. Non enim dicimus ꝙ do/
mus ſit aliud a domibus ſingularibus.

¶Intẽdit in hoc cap. inducere ſermones pꝛobantes ſufficietenus:
ꝙ vl'ia ſunt exiſtẽtia per ſe que mouerũt Platonẽ ad dicẽdum foꝛ/ 12
mas eẽ. ¶Et.d. qm̃ ſi nihil fuerit aliđ a rebus p̃ticularibus ⁊c̃. ¶Et
iſte ſermo manifeſtus eſt:⁊ abbꝛeuiatio eius eſt ꝙ ſi nõ fuerint h̃ vni
uerſalia nõ trãſmutabilia: neq; coꝛruptibilia q̃ determinẽt p̃ticula/
ria nõ erit ſcia nec̃ia alio modo:neq; ſcia determinãs ꝯtinẽs ſcitum
oĩuȝ:qm̃ p̃ticularia ſunt infinita:⁊ ĩfinita ſunt ĩdeterminabilia:⁊ iđ
ſcia nõ erit determinãs:ſicut ẽt neq; nec̃ia:q2 p̃ticularia ſunt ĩfinita:
⁊ ſemꝑ in trãſmutatiõe. ¶D.d. ſcimus eñ oĩa ⁊c̃.i. qm̃ manifeſtũ eſt
ꝙ nos ſcimus oĩa p̃ticularia ꝑ vnum vl'e trãſmutabile determinãs
ea. Si igit̃ vl'e nõ fuerit: tũc ſcia erit falſa. ¶Et hoc intendebat cũ
d. ſi igit̃ iſte ſmo ⁊c̃.i. ſi igitur fuerit nec̃ium hoc qđ diximus ꝙ in ſciẽ
tia particulariuȝ neceſſariũ eſt vnũ qđ eſt vl'e intrãſmutabile:nec̃e
vt extra aĩaȝ ſit aliud q̃d a rebus p̃ticularibus. ¶D.d. nec̃e eſt igit̃
⁊c̃.i.⁊ cũ fuerit neceſſariũ aliq̃d eẽ aliud a p̃ticularibus qđ eſt cauſa
ſcie:⁊ vl'e ẽ hmõi; nec̃e eſt vt ꝓma gñã ⁊ vltie ſp̃ẽs ⁊ q̃ ſunt iter ea ſint
exñtia extra aĩaȝ alia a reb⁹ particularib⁹:⁊ vt ꝑncipia eaꝝ ſint pꝛĩa
gñã:ſȝ iam diximus pꝛius ĩpoſ'ia cõtingẽtia poſitioni vl'iuȝ abſtra/
ctoꝝ. ¶D.d.⁊ ẽt q̃ñ opȝ affirmare vl'e eẽ:q2 eẽ vl'e nõ hȝ dubiũ: qm̃ Nõ eſt du/
dubiũ nõ eſt niſi de natura eius q̃d ipſa ſit. D.d. dicamus igit̃ quãdo biũ vl'e eẽ:
aliquid dicet̃ ⁊c̃.i. dicamus igit̃ ꝙ manifeſtũ eſt ꝙ vnuȝ quid pꝛedi ſȝ eſt dubiũ
catur de mã particulariũ. Cum igit̃ aliquid fuerit pꝛedicatũ de rebus quid ſit nã
particulariũ materialium: vtrũ illud quid eſt aliud ab oĩbus parti/ ipſius.
cularibus de quibus pꝛedicat̃:aut eſt aliud a quibuſdaȝ:aut non eſt
aliđ a quibuſdã:aut eſt oĩa eoꝝ. Si poſuerimus ꝙ nihil eſt aliđ a par
ticularibus:nihil erit ſcitũ oĩno niſi aliquis vocet cõpꝛehenſionẽ ſen
ſus ſcientiã:⁊ etiam cõtingit vl'r expoſitione ꝙ nihil aliud eſt q̃ȝ par
ticularia ſenſibilia vt nihil ſit eternũ ⁊ ĩmobile:qm̃ omnia ſenſibilia
ſunt coꝛruptibilia. ¶Deinde dedit impoſſibile cõtingens ſi eternuȝ ⁊
ĩmobile non eſt:⁊ dixit : ſed ſi nihil fuerit eternum ⁊ immobile non
erit gñatio : qm̃ ſi generatio eſt ſemper neceſſe eſt vt ſit aliquid qđ
agat gñationem ꝓmo:⁊ qđ ſit ingenerabile:⁊ aliq̃d ex quo ſit pꝛimo
generatio:qđ eſt etiã nõ generabile. D.d.⁊ vt ſint pꝛincipia iſtoꝛum
⁊c̃.i. neceſſe eſt eñ vt ꝑncipia gñationis non ſint gñabilia : cũ nihil
fiat ex nihilo neq; in infinitum. Et cuȝ ita ſit neceſſe eſt vt generatio Idẽ ꝑ ph.
ceſſet:⁊ vt incipiat etiaȝ a cauſa ſine motoꝛe. ¶D.d. qm̃ ſi generatio 33.⁊.34.
erit:neceſſe eſt vt motus habeat finẽ:qm̃ ſi motus generationis fue/
rit infinitus nõ erit gñatum.i. non cõplebit̃ ſua gñatio. D.d.⁊ impoſ'e

eſt vt ſit illud qđ impoſſibile eſt vt fiat.i.⁊ ſignum eius ꝙ impoſſe eſt motum rectũ infinitũ eſſe eſt: ꝙ iſte motus impoſſe eſt vt fiat.ſ. vt cõpleať: ⁊ illud cui⁹ eſſe nõ cõpleť nõ incipit fieri: neqȝ eſt poſſe vt inci/
T.cõ.92. piat fieri. ¶ Et iſtud ſignũ dictũ eſt ẽt ab eo in.6.phyſi.cũ dixit illic. V.g.q: impoſſibile eſt inueniri hoiem in ſtadio.i. ĩpoſſibile eſt vt iſte homo ſit in gñatione: ⁊ iſta eſt dubitatio in continuatione gñationis: ⁊ iam ſoluit iſtã qõnem in phyſicis: vbi determinauit ꝙ eſt impoſſibile in motu reciprocabili ſm generationẽ: ſm ꝙ generabile ſit ex corruptibili: ⁊ corruptibile ex gñabili. ¶ Deinde.d. ⁊ etiã ſi res vlis eſt materia ⁊c̃.i.⁊ ẽt ſi vniuerſale nõ trãſmutabile dȝ eſſe mã: q: vtrũqȝ eſt ingenerabile: tunc forma eſt magis digna eſſe hoc: q: non generať neqȝ corrumpiť: ⁊ ens in actu: ⁊ mã in potentia. ¶ D.d.qm̃ ſi vl'e nõ fuerit mã ⁊c̃.⁊ dixit hoc.q: vniuerſale cum eſt ſubſtãtia: ⁊ cum nulla ſubſtãtia eſt preter hec duo ſm famoſitatẽ: cõtinget ꝙ ſi vl'e nõ fuerit aliqđ iſtorum ꝙ non erit aliqđ entiũ. ¶ Deinde.d.ſi igitur non fuerit hoc ⁊c̃.i.ſi igitur vniuerſale non fuerit materia: neceſſe eſt vt vniuerſale qđ eſt aliud a particularibus ſit forma ⁊ figura. ¶ D.d. ſi aliqs finxerit hoc ⁊c̃.i.⁊ ſi aliquis poſuerit ipſuȝ eſſe exiſtens extra animaȝ ita ꝙ ſubſtãtia ſit exiſtens per ſe: cõtingent ei impoſſibilia. Non enim põt ponere omnia vlia eſſe talia/ſed quedã: ⁊ innuit exceptionẽ vniuerſalium rerũ artificialium ⁊ vniuerſalium accidentiuȝ: que nullus poteſt ponere ſubſtantias abſtractas. Hoc enim non põt dici niſi in

Nullus põt fingere vl'e ſepatũ ĩ artificialib⁹.

ſubſtãtijs rerũ nãlium. Nullus em̃ põt dicere domũ eſſe vniuerſalem exiſtentem extra animã artificis aliam a domibus particularium: ⁊ litterã vniuerſalẽ eſſe aliam a litteris particularibus.

¶ Adhuc aũt vtrũ ſubſtãtia vna erit oĩum: vt hoĩuȝ. Sȝ incõueniẽs eſt: nõ em̃ vnũ oĩa quoꝝ ſba vna: ſȝ multa ⁊ dĩa: ſȝ ⁊ hoc extra rõnẽ eſt. Simul aũt ⁊ quõ ſit mã horum vnũquodqȝ ⁊ eſt ſynolon ambo hec.

¶ Et cũ hoc perſcrutandũ eſt: vtrũ ſubſtãtia oĩum hominũ eſt vna aut nõ. Si em̃ dixerimus ꝙ ſubſtãtia eoꝝ eſt vna: cõtinget inopinabile: qm̃ oĩa quoꝝ ſubſtãtia eſt vna ſunt vnũ. Et ſi dixerimus ꝙ ſubſtãtie eoꝝ diuerſe ſunt: hoc etiaȝ erit impoſſe. Et cum hoc quõ põt eſſe vt materia ſit in aliqua hora quelibet iſtarum: cum omne ſit vtrũqȝ.ſ. materia ⁊ particularia.

Utrum ſit vna ſba oĩȝ exiſtẽriũ in vna ſpecie.

¶ Et perſcrutandũ eſt etiã vtrũ ſubſtãtia oĩuȝ entiũ eſt vna ſba: aut
13 plures. Si igiť vna auferť multitudo ⁊ erit ens vnũ: qđ eſt cõtra ſenſum. Et ſi ſubſtãtia entiũ fuerint plures nihil erit in ſpecie oĩo in quo cõmunicent duo: qđ eſt impoſſe. ¶ Et ſi dixerimus ꝙ nihil eſt vnuȝ oĩno quõ eſt poſſe: vt mã ſit in aliqua hora eadẽ cum oĩbus particularibus in quibus exiſtit: ⁊ hoc eſt omne vtrũqȝ.ſ. materiat ⁊ qđ recipit materiam. Et intẽdit ſi dixerimus ꝙ nihil eſt vnum omnino: poteſt enim aliquis dicere ꝙ materia inuenitur diſtincta in aliqua hora ab indiuiduis quorum eſt materia.



¶ Amplius aũt de principijs ⁊ hic dubitabit aliqs. Nã ſi ſpecie ſunt vnũ nihil numero erit vnũ: nec iterũ vnuȝ ipſuȝ ⁊ ens. Et ſcire quõ erit: ſi nõ aliqđ erit vnũ in oĩbus. At vero ſi vnũ numero: ⁊ vnũ qđlibet ꝑncipiorũ: ⁊ non quẽadmodũ in ſenſibilibus alia alioꝝ: vt in hac ſyllaba ſpẽ eadẽ exiſtẽte: ⁊ ꝑncipia ſpẽ eadẽ: etem̃ hec ſunt numero diuerſa. Si aũt nõ ita: ſȝ q̃ ſunt exiſtentiuȝ principia numero ſunt vnũ: nõ erit ꝑter elemẽta aliud qcqȝ. Nã numero vnũ aut ſingulare dicere nihil differt. Sic em̃ dicimus ſingulare numero vnũ: vl'e vero qđ in his eſt. Sicut igiť ſi vocis elemẽta numero eẽnt determinata: tot oẽs lr̃as eẽ neceſſe eẽt quot elemẽta: nõ exiſtẽtibus quidẽ duobus eiſdẽ: nec pluribus.

Utrũ ꝑncipia rerum ſunt eadeȝ numero.

¶ Et querendũ eſt ẽt qõnem difficilẽ de p̃cipijs: qm̃ ſi p̃cipia ſint vnũ in forã: nihil eſt vnũ ĩ numero: neqȝ vnũ gñabile. Et ſi ita ſit ⁊ nullũ vnũ ſit ꝑdicatũ de oĩb⁹ rebus: quõ eſt ſcĩa: aut cognitio. Si aũt oĩa p̃cipia ſint vnũ in numero: ⁊ non fuerint principia quorũdã alia a principijs quorũdã: ſicut p̃cipia rerũ ſenſibiliũ. V.g. ꝙ iſta littera ⁊ alia eſt vna in forma: ⁊ p̃cipia eaꝝ ſunt vna in forma: ⁊ diuerſa in numero. Si igiť p̃cipia entiũ nõ fuerint talia: ſȝ vnũ numero: nõ erit aliud ab elemẽtis. Nulla em̃ dĩa eſt iter dicere ſermonẽ dicẽtẽ vnũ in numero: ⁊ dicẽtẽ vnũ ꝑticulare. Ab vno aũt particulari nõ niſi vnũ particulare: q̃re nec ab vno numero non niſi vnũ numero. Dicimus em̃ in oĩ eẽ ꝑticulare ĩ eo qđ eſt vnũ in numero: ⁊ dicimus vl'e de illo qđ ꝑdicať de iſtis ꝑticularibus. V.g. ꝙ ſi el'nta vocis eẽnt terminata in numero: tũc oẽs littere eẽnt ſm numerũ elementoꝝ: neqȝ multiplicarenť: neqȝ magis eſſent.

¶ Et querẽdũ ⁊c̃. Iſta qõ eſt dicẽs: vtrũ ꝑncipia ſenſibilia ſunt oĩa vnũ in forma: aut vnũ in numero. ¶ Et.d.ꝙ ſi oĩa fuerint vnũ ſȝ for- 14
mam: nihil erit hoc ſm numerũ: neqȝ vnũ gñabile erit vnũ ſȝ numerum: qđ eſt valde inopinabile: ⁊ cũ hoc nõ fuerit vnũ particulare nõ erũt multa ꝑticularia. ⁊ ſic nõ erit vl'e: ⁊ ſic nõ erit ſcĩa: hoc igiť ꝯtingit ſi ꝑncipia fuerint vnũ ſm formã. ¶ D.d.ſi aũt ꝑncipia ⁊c̃.i.ſi aũt vnũqđqȝ principiũ rerũ ſenſibiliũ fuerit vnũ in numero: ⁊ non fuerit

quedã vnũ ſm formã neq3 diuerſa ſm formã: ſicut eſt diſpõ in principijs rerum ſenſibiliũ: ⁊ in rebus ipſis ſenſibilibus: ⁊ non fuerit illic vnum ſm formã oĩno: ⁊ oĩa principia fuerint vnũ ſm numerũ nihil erit aliud ab ipſis elemẽtis. i. ſi igit̃ principia entiũ nõ fuerint talia nihil erit aliud ab elemẽtis. ℂ D. d. cãm in hoc ⁊. d. nulla eniʒ eſt differentia ⁊c̃. i. ⁊ hoc neceſſe eſt: qm̃ vnũ numero ſynonymũ eſt cũ particulari: ⁊ cũ iſta principia nõ fuerint niſi particularia: nõ erit vniuerſale oĩno. ſ. forma: ⁊ cum ita ſit nihil erit aliud a principijs cum poſuerimus ꝙ nihil eſt hoc aliud a particularibus: qm̃ ex vno nõ fit cõpoſitum. ℂ Et qꝛ aliquis põt dicere ꝙ principia ſunt vnũ in numero tm̃/ ⁊ generata ex eis ſunt multa in numero: dedit inopinabile cõtingens ex hoc: ⁊ eſt qm̃ tunc generabilia eſſent ſm numerũ primorum principiorũ ⁊ nõ magis: ⁊. d. U. g. ⁊c̃. i. qm̃ ſi elementa vocis eſſent terminata in numero. i. particularia: tunc voces eſſent ſm numerum eorum: ⁊ nõ generarent̃ a litteris plus ſuo numero.

Unũ nũero ſynonymũ eſt cũ ꝑticulari.

ℂ Non eniʒ minor dubitatio modernis ⁊ prioribus relinquitur. Utrũ eadẽ corruptibiliũ ⁊ ĩcorruptibiliũ ſint principia: aut diuerſa. Nam ſi eadẽ ſint qũo hec quideʒ incorruptibilia: illa vero corruptibilia: ⁊ ꝑꝑ quã cauſaʒ. ℂ Qui quidẽ igit̃ circa Heſiodũ ⁊ oẽs quicũq3 theologi ſoluʒ ad ipſos pſuaſionẽ curauerũt: nos aũt neglexerunt: Deos eniʒ faciẽtes principia: ⁊ ex deis dicũt eẽ facta: que vero nõ guſtauerũt nectar ⁊ mãna mortalia facta eſſe dicũt. ℂ Palã ꝙ hec oĩa ſibi nota dicẽtes eqdeʒ de allatione haruʒ cauſaꝝ ſuper nos dixerũt. Naʒ ſi gratia voluptatis vt ipſi tangũt nõ eſt cã exiſtendi nectar ⁊ mãna. Si vero exiſtẽdi qũo erunt ſempiterni cibo egẽtes? Sʒ de fabuloſe ſophiſticãtibꝰ nõ eſt dignũ cum ſtudio intẽdere. A dicẽtibus vero ꝑ demõſtrationẽ opʒ ſciſcitari: iterrogãtes quare ex eiſdẽ exñtia: hec quidẽ ſempiterna ſm naturã ſunt: illa vero corrũpunt̃ exiſtẽtium. Qm̃ aũt nec cãm dicũt nec rõnabile eſt ſic habere: palã ꝙ nec eadẽ pricipia nec cãe ipſoꝝ erũt. ℂ Eteni ⁊ Empedocli: quẽ maxĩe ſibi cõſona ſibi dicere qſpiã arbitrabit̃: idẽ ſane cõtigiſſe vr̃. Ponit. n. principiũ qðdã cãm corruptiõis odiuʒ. Uidebit̃ nihilominus ⁊ extra vnum hoc generare: nam omnia ex hoc alia ſunt preter deuʒ. dicit ergo ex quibus omnia: ⁊ quecunq3 erant: ⁊ quecunq3 erunt: ⁊ arbores pullulauerunt: ⁊ viri ⁊ femine:

Utrũ corruptibiliuʒ ⁊ incorruptibiliũ eadeʒ ſint principia.

Heſiodi ſolutio.

Improbatio.

Egẽs cibo nõ eſt ſempiternũ.

De fabuloſe ſophiſticantibꝰ nõ eſt dignum cum ſtudio intẽdere.

Emp. ſolo.



beſtieq3 ⁊ vultures: ⁊ aqua nutriti piſces: ⁊ dei longeui ⁊ ꝑter hec palã: qꝛ ſi nõ eſſet in rebꝰ eẽnt vnũ oĩa vt ait. Nam quãdo cõuenerũt tũc vltimũ oĩuʒ ſtabat odium. Propter qð ⁊ accidit ipſi feliciſſimũ deũ minus prudẽtem eſſe alijs. Non. n. cognoſcit elemẽta oĩuʒ: nã odiũ nõ hʒ. Notitia vero ſil'i ſil'is fiat. Terrã nãq3 ait ꝑ terram cognoſcimꝰ: ⁊ ꝑ aquã aquã: ⁊ ꝑ affectũ affectuʒ: ⁊ adhuc odiũ ꝑ odiũ triſte. Sed vñ rõ hec ẽt palam: qꝛ accidit ei odiũ nõ magis corruptionis q̃ʒ exiſtẽdi cãm eſſe: ſil'r aũt nec amorẽ exiſtẽdi magis q̃ʒ corruptiõis: colligens eniʒ in vnũ corrũpit alia. Sil'r ipſius trãſmutatiõis cãm nullã dicit: niſi qꝛ ſic aptũ natuʒ fuit. Ait vtiq3 magnum odiũ in mẽbris nutritũ eſt: ⁊ ad honorẽ intẽdebat perfecto tẽpore q mutabilis diſſoluit ſacramentuʒ: quare neceſſariũ ens trãſmutari: cãm vero neceſſitatis nullã oſtẽdit. Attamẽ tm̃ ſolũ dicit cõfeſſe. Non enim exiſtẽtium hec quidẽ corruptibilia: illa vero incorruptibilia facit: ſʒ oĩa corruptibilia ꝑter elemẽta. Dicta vero nunc hec dubitatio eſt cur hec quidẽ: illa vero nõ: ſi ex eiſdem ſunt. Qð quidẽ vtiq3 non erunt eadẽ pricipia tot dicta ſunt. ℂ Si vero diuerſa pricipia vna quidẽ dubitatio: vtrũ ⁊ ĩcorruptibilia hec erũt: aut corruptibilia. Nam ſi corruptibilia manifeſtũ qꝛ neceſſarium ⁊ ea ex aliqbus eſſe. Omnia enim corrũpunt̃ in ea ex quibus ſunt. Quare cõtingit principioꝝ alia principia eſſe priora. Hoc aũt ⁊ impoĩe: ſiue ſtet: aut in infinitũ vadat. Amplius auteʒ qũo erunt ipſa corruptibilia ſi deſtruent̃ principia: ſi vero incorruptibilia cur ex his quideʒ incorruptibilibus exiſtẽtibus corruptibilia erunt: ex diuerſis vero incorruptibilia. Hoc. n. nõ rõabile eſt. Sʒ aut ĩpoĩe aut multa orone eget. Amplĩꝰ aũt nec conatꝰ eſt aliqs diuerſa dicere: ſʒ eadẽ oĩuʒ ꝑncipia oẽs dicũt. Uerũ primũ dubitatũ cõcedũt tanq̃ʒ hoc paruũ aliquid accipiẽtes.

ℂ Et nos dimiſimꝰ ꝑſcrutari de q̃õne nõ minus difficili ꝑdictis. Et eſt vtrũ principia corruptibiliũ ſint princi

Ex h̃ ſumi ſolet deum iferiora cognoſcere ſʒ Ariſto.

Ad parteʒ negatiuaʒ.

Oĩa corrũpunt̃ in ea ex qbꝰ ſũt. Ideʒ ꝑ ph. t. c. 65. Et 3. ph̃. 45.

pia incoꝛruptibiliũ aut alia. Qm̃ ſi pꝛĩcipia incoꝛrupti
bilium fuerint pꝛĩcipia coꝛruptibiliũ: q̃uo quedã erunt
coꝛruptibilia: ⁊ quedã incoꝛruptibilia: ⁊ quare. Epicu/
ri aũt ⁊ oẽs loquẽtes de reb⁹ diuinis laboꝛãt rõcinando
vt ſufficerẽt aĩe ſue tm̃: ⁊ nõ nobis. Ponũt. n. pꝛincipia
eẽ deos: ⁊ ex deis: ⁊ finxerũt ꝙ pꝛĩcipia q̃ nõ potauerũt
de ſublimatiõe: ⁊ nõ guſtauerũt de mãna ⁊ nectare mo-
riuntur. Manifeſtũ eſt igit̃ ꝙ ipſi dixerũt iſta: ⁊ ſunt no/
ta apud eos. Sed hoc qḋ poſuerunt de iſtis cauſis qm̃
guſtãt ⁊ potant eſt extra rõnes noſtras. Qm̃ ſi receptio
eoꝝ eſt ꝑꝑ voluptatẽ: tũc nec nectar/ nec mãna eſt cã ali
cuius ꝑmanẽtie. Et ſi illa receptio eſt vt eẽntie eoꝝ re/
maneãt: q̃uo erũt eterna ⁊ indigẽt cibo. Et iõ nõ opꝫ ꝑ/
ſcrutari de ſermonib⁹ eoꝝ: quoꝝ philoſophia eſt ſit̃is
picture. Sꝫ debem⁹ ꝑſcrutari ⁊ q̃rere dicẽtes illud qḋ di
xerũt ſm demõſtrationẽ. Quare ſi pꝛĩcipia rerũ ſunt cõ
uenientia: accit̃ ꝙ quedã ſunt ſemꝑ ꝑmanẽtia: ⁊ quedam
coꝛruptibilia: ⁊ nõ eſt neceſſe vt iſta ſint ſic: cũ nõ dabũt
cãm in hoc. Manifeſtũ eſt igit̃ ꝙ pꝛincipia entium nõ
ſunt cõueniẽtia. Si igit̃ aliqs exiſtimauerit ſe dicere ali
quid in hoc: ꝯtinget ei qḋ cõtingit Empedocli. Empe.
eniꝫ finxit ꝙ lis eſt cã coꝛruptiõis: ⁊ pꝛĩcipiũ eius: ⁊ exi
ſtimat ꝙ iſta lis generat: oĩa ꝑter deũ facta ſunt ab hac
lite. Etenim fingit in ſuo ſermone manifeſtuꝫ eſſe ꝙ ex
lite eſt generatio omniũ que fuerunt: ⁊ que ſunt: ⁊ que
erunt: ⁊ ꝙ ex ea naſcuntur arboꝛes: viri: ⁊ mulieres: ⁊ pi
ſces: quoꝛum nutrimentũ eſt in aqua: ⁊ dij quoꝛum vita
eſt longiſſima: ⁊ alia. Et fingit ꝙ ſi lis non eſſet in rebus
omnia eſſent vnum. Lis enim cum fuerit cum rebus di/
ſperget eas ⁊ nõ dimittet quieſcere. Contingit igitur ex
hoc ſermone vt deus qui eſt perfectus in foꝛma: ſit mi/
noꝛis ſcientie q̃ꝫ aliud: cum neſciat omnia elementa: q2
lis non eſt in eo: ⁊ ſimile cognoſcitur per ſimile. Uerbi
gratia. terra per terram: ⁊ aqua per aquam: ⁊ amicitia ꝑ
amicitiam: ⁊ lis per litẽ. Manifeſtũ eſt ꝙ accidit in ſuo



ſermone vt lis ſit cauſa coꝛruptiõis/ nõ cã generatõis: ⁊
ſm hunc modũ accidit vt amicitia nõ ſit cã gñationis:
qm̃ qñ aliqua fuerint cõgregata in vnũ coꝛrũpent̃ alia.
Et cũ hoc Empedo. nõ narrauit que eſt cã trãſmutatio
nis rerũ. Sꝫ finxit ꝙ natura eaꝝ eſt ita: ⁊ finxit ꝙ cuꝫ lis
que eſt maxima fuerit interciſa in mẽbꝛis: ⁊ admixta in
eis: erit generãs in fine tꝑis illud qḋ trãſmutat̃: ⁊ tranſ
mutat res ⁊ abſtrahit eas a termino. Et ſm hunc ſermo
nem apparet ꝙ trãſmutent̃ res neceſſario: ⁊ nõ dat no/
bis cãm huius neceſſitatis. Sꝫ tantũ dicit hunc moduꝫ
ſermonis quaſi eſſet manifeſt⁹. Et nõ fingit ꝙ quedaꝫ
entia coꝛrũpunt̃ ⁊ quedã non coꝛrũpunt̃: ſꝫ fingit ꝙ oĩa
entia ſunt coꝛruptibilia pꝛeter elemẽta. Noſtra aũt ꝑſcru
tatio ⁊ qõ difficilis eſt: quare q̃dã coꝛrũpunt̃: ⁊ q̃dã nõ:
ſi ſint ex eiſdẽ pꝛincipijs. Et hoc qḋ diximꝰ ſufficit ĩ hoc
ꝙ pꝛĩcipia reꝝ nõ ſunt eadẽ. Si aũt pꝛĩcipia ſunt diuer
ſa: ꝯtingit ẽt qõ difficilis: vtrũ iſta pꝛĩcipia coꝛrũpãtur:
aut nõ. Manifeſtũ eſt. n. ꝙ ſi coꝛrũpãt̃ ꝙ ſunt ex alijs ne
ceſſario. Oĩa. n. coꝛrupta vadũt ad ea ex qb⁹ ſunt. Et ſi
accidit vt pꝛĩcipia habeãt alia pꝛĩcipia: qḋ ẽ ĩpoſ'e. Hoc
eniꝫ ꝓcedit in infinitũ. Et ẽt ſi pꝛĩcipia coꝛrũpunt̃ ⁊ cõ
fundant̃: q̃uo erit gñatio rerũ coꝛruptibiliũ. Et ſi pꝛinci
pia nõ coꝛrũpunt̃: q̃uo ex qbuſdã pꝛĩcipijs nõ coꝛrupti
bilib⁹ ſiũt coꝛruptibilia: ⁊ ex qbuſdã ĩcoꝛruptibilia. Hoc
enĩ nõ eſt rectũ: ſꝫ aut ĩpoſ'e eſt hoc eẽ: aut ĩdiget multo
ſermone ad cõfirmãdum hoc. Et dicamus ꝙ nullus di
xit ꝙ pꝛincipia ſunt diuerſa: ſꝫ oẽs finxerũt ꝙ pꝛincipia
omniũ ſunt eadem: ⁊ voluerunt perſcrutari de pꝛedicta
qõne: vt illi qui ꝑſcrutati ſunt de hac qõne.

¶ Et nos dimiſim⁹ ⁊c. Iſta qõ ſit ponẽdo eẽ aliqua eterna ⁊ aliqua 15
coꝛruptibilia: ⁊ vtraqꝫ habẽtia pꝛincipia. ¶ Et. d. qm̃ ſi pꝛincipia re
rum coꝛruptibiliũ ⁊c. i. ſi enim dixerimus ꝙ pꝛincipia rerũ incoꝛru/
ptibiliũ ⁊ coꝛruptibiliũ ſunt eadẽ: q̃uo ex eiſdẽ pꝛincipijs ſiũt coꝛru/
ptibilia ⁊ incoꝛruptibilia: ⁊ cã in eternitate ⁊ coꝛruptione ſunt prin/
cipia. ¶ D. d. Epicuri aũt ⁊ oẽs loquẽtes in diuinis ⁊c. ⁊ intẽdit per
loquẽtes in diuinis loquẽtes ſermonẽ extra intellectum hominis. ⁊
ideo. d. ꝙ iſti in ſermone ſuo ſufficiunt ſibi nõ nobis: q2 ipſi intelligũt

ꝑ apologos aliquas intētiones ꝑ quas ſunt cōtenti. ¶ D. d. ponunt enīʒ principia deos ⁊ ex deis. i. ponūt enīʒ principia eiuſdē nature ⁊ faciūt ea diuina: ⁊ eſt natura rerū ingenerabiliū: ⁊ faciūt deos corruptibiles ex incorruptibilib⁹. ¶ D. d. cām eorū in hoc ⁊. d. ⁊ fingūt ꝙ principia que nō potāt ⁊c̃. i. dicūt ꝙ dij qui potāt aquā de tali loco noto: ⁊ guſtāt de tali ſunt īmortales: ⁊ dij qui nō guſtāt ſunt mortales. ¶ D. d. manifeſtū eſt igiẗ ꝙ iſti dicūt iſta ⁊c̃. i. ⁊ diximꝰ ꝙ ſollicitudo eorū fuit vt ſufficerēt ſibi q̄ dixerūt iſta: ⁊ ipſi intelligūt intentiones quas ipſi apologizauerūt in hoc. ¶ D. d. ſʒ hoc qđ poſuerunt de iſtis cauſis ⁊c̃. i. ⁊ hoc qđ poſuerūt de dr̃ia inter corruptibile ⁊ incorruptibile eſt extra intellectū hoīs: qm̄ ſi potāt aquā de illo loco: ⁊ recipiūt cibū ab illo loco alio ꝓꝑ delectationē: tunc delectatio ſm̄ ꝙ eſt delectatio nō eſt cā ꝑmanētie alicuiꝰ rei. D. d. qm̄ ſi receptio ⁊c̃. ideſt ⁊ ſi accipiūt potū ab illo loco ⁊ cibū ab alio vt nō moriantẗ: mirum eſt qūo q̄ indiget cibo ⁊ potu remaneat in eternū. Cibus enīʒ ⁊ potus nō ſunt neceſſarij niſi vt reſtaurēt corruptū. Qūo igiẗ remanet eternū illud qđ eſt īnatū corrūpi. ¶ Et q̄ iſte ſermo nō eſt dignus vt ꝑſcruteẗ de eo in ſcientijs. d. ⁊ iō non opʒ ꝑſcrutari ⁊c̃. D. d. ſed opʒ ꝑſcrutari ⁊c̃. i. ſed opʒ querere de hoc ab eis qui dicūt illud qđ dicūt ſm̄ demōſtrationē. ſ. q̄ ūo oīa fiunt ex eiſdem principijs in natura: ⁊ quedā ſunt eterna ⁊ quedā corruptibilia: cū cā ꝑmanētie ⁊ nō ꝑmanentie nihil aliud ſit niſi natura illius qđ eſt cā. ¶ D. d. manifeſtū eſt igiẗ ꝙ principia entiū nō ſunt cōuenientia. i. manifeſtū eſt igiẗ: qm̄ cū ꝑncipia rerū corruptibiliū fuerit ꝑ ſuā nām: ⁊ ꝑmanētia rer eternaꝝ ſint etiā ꝑ ſuā nām: ⁊ nā eoꝝ nō eſt niſi cāe ex q̄bꝰ cōponunẗ: manifeſtū eſt ꝙ cāe gn̄abiliū ⁊ corruptibiliū alie ſunt a cāis eternoꝝ.

*Delectatio ſm̄ ꝙ ē delectatio nō ē cā ꝑmanentie alicuius rei.*

*Cibꝰ ⁊ potꝰ nō ſunt neceſſarij niſi vt rſtaurēt corruptū.*

2 ¶ D. d. ſi igitur aliquis exiſtimauerit ſe dicere ⁊c̃. ideſt ⁊ ideo ſi aliquis voluerit dare ratione in hoc contingет ei queſtio ſimilis contingenti Empedocli. Empedo. enim. d. in hoc ꝙ lis eſt cā corruptionis: ⁊ ꝙ amicitia eſt cā gn̄atōis: ⁊ ꝙ entiū q̄dā ſunt facta ex q̄tuor el'ntis ⁊ lite ⁊ amicitia: ⁊ ſunt gn̄abilia ⁊ corruptibilia: ⁊ quedā ſunt facta ex q̄tuor el'ntis ⁊ amicitia ſine lite: ⁊ hoc eſt celuʒ: qđ eſt deus apđ ipʒ. ¶ Et cū narrauit ſermonē Empe. īduxit ſermonē eius ne aliq̄s fingat ꝙ diminutꝰ erat Ari. in illo: ⁊. d. ⁊ fingit enīʒ in ſuo ſermone eē manifeſtū ⁊c̃. i. qm̄ Empe. in hoc ꝙ ponit litē cāʒ corruptionis / cōtradiciẗ ſibi in hoc ꝙ ponit eā neceſſariā in generatione omniū generabiliū. ¶ D. īduxit cām ꝓꝑ quā ponebat litē eſſe neceſſariā in oībus gn̄abilibus: ⁊. d. ⁊ fingit ꝙ ſi lis nō eſſet ⁊c̃. i. ⁊ Empe. opinabaẗ ꝙ amicitia qn̄ dn̄atur facit entia eſſe vnū: ⁊ iō lis eſt neceſſaria in multiplicādo ⁊ diſpergēdo: ⁊ amicitia in adunādo. ¶ D. dedit inopinabile cōtingēs ex illis ⁊. d. accidit igiẗ ex hoc ſermone vt deꝰ ⁊c̃. i. ⁊ ꝯtigit Empedocli in hac opinione vt deus ſit minoris ꝑcij ⁊ ſcīe alijs. Scia enim apud ipm̄: ⁊ alios antiquos ſit ꝑ ſiſe. Dicunt. n. ꝙ terra cognoſciẗ per terrā que eſt in nobis: ⁊ aqua ꝑ aquā: ⁊ amicitia ꝑ amicitiā: ⁊ lis per litē: ſʒ in deo nō eſt lis. ergo nō cognoſcit litē neq̄ qđ ſit ex ea. ergo ē minoris ſcīe oībꝰ entibꝰ. ¶ D. d. manifeſtū eſt igitur ꝙ accidit ex ſuo ſermone ⁊c̃. i. ꝯtingit igiẗ ex ſermone Empe. dicētis ꝙ lis eſt cā corruptiōis vt lis ſit cā corruptōis ipſa ⁊ amicitia. D. dedit cām ꝓꝑ quam accidit vt amicitia ſit cā corruptōis: ⁊. d. qm̄ cū ꝯgregata fuerit aliq̄ in vnuʒ

in vnū corrūpenẗ alia. ¶ D. d. ⁊ cū hoc Empe. nō narrauit ⁊c̃. i. ⁊ cū hoc ꝙ iſte hō ponit cās mouētes tn̄ nō pōt dare nobis cās gn̄atiōis ⁊ corruptiōis. Queriẗ. n. ab eo quare amicitia agit in aliq̄ hora ⁊ lis in alia: tunc. n. cogeẗ ad dicēdū ſermonē negātiū cām agētē: q̄ dicūt ꝙ nā entiū q̄rit de neceſſitate gn̄ationē ⁊ corruptiōeʒ. ¶ D. induxit ſermonē eiꝰ ex quo ꝯtingit hoc ⁊. d. ⁊ fingit ꝙ cū lis maxia ⁊c̃. i. ⁊ iſte ſermo in rei veritate nullā cām dedit in gn̄atiōe. D. enīʒ ꝙ cū lis maxima īpoſita eſt in mēbris aīaliuʒ: tūc mēbra eius fuerūt gn̄ata q̄ diſtinguūt vnū ꝯgregatū: deinde in fine tꝑis veniēt oīa ad corruptiōeʒ ꝓꝑ litē. Scđm igiẗ hunc ſermonē ꝯtingit vt res generenẗ ꝑ ſe ⁊ corrūpanẗ ꝑ ſe: ⁊ ſic nihil ꝓdeſt ponere hāc cām mouētē in gn̄atiōe ⁊ corruptione: ſed erūt ſicut illi q̄ nō ponūt in gn̄atiōe neq̄ ī corruptiōe cāʒ motorē oīno: ⁊ ſunt dicētes ināʒ. ¶ D. d. neq̄ narrauit q̄ eſt cā hm̄oī neceſſitatis ⁊c̃. i. ⁊ ſm̄ hoc ſermo eius erit imꝑfectior ſermone dicentiuʒ necitatē eē. Jlli. n. dicūt necitatē: ⁊ dant cām necitatis ⁊ eſt inā. iſte aūt nullā cām dedit: quaſi cā necitatis eſſet manifeſta ꝑ ſe. D. d. ⁊ nō fingit ꝙ q̄dā entia nō corrūpunẗ ⁊c̃. i. ⁊ nō eſt opīo Empe. ꝙ q̄daʒ entia ſunt corruptibilia: ⁊ q̄dā nō. ſed opinaẗ: q̄ oīa corrūpunt ꝑter elementa: ⁊ de hoc q̄ qđ de qua loquebaẗ nō accidit niſi ponētibꝰ duos modos entiū. ſ. corruptibilē ⁊ incorruptibilē: ⁊ cāe eoꝝ ſunt eedē.

¶ Et cū declarauit ꝙ iſta qđ nō ꝯtingit Empedocli niſi inquātū ponit principiū primū incorruptibile: q̄ in eo nō eſt lis longo tꝑe: non incorruptibile ſimpl'r: reuerſus eſt ad q̄ōnē ꝑdictā. ⁊. d. nr̃a aūt ꝑſcrutatio ⁊c̃. i. ⁊ cū ſermo eduxit nos a q̄ōne intenta ꝓꝑ hoc qđ accidit ex verbis cū Empedo. Reuertamur nō ad q̄ōnem noſtrā. ſ. quare q̄daʒ entia ſunt corruptibilia: ⁊ quedā nō: cum habeāt eadeʒ principia: ⁊ qđ diximus de īpoſſibilibꝰ cōtingētibus huic poſitioni ſufficit. ¶ D. incepit dicere impoſſibilia ꝯtingētia ſermoni ꝯtradicēti. ſ. ſi ꝑncipia fuerint diuerſa ⁊. d. ſi aūt principia ⁊c̃. i. ⁊ ſi poſuerimꝰ ꝙ principia rerum incorruptibiliū ſunt alia a principijs reruʒ corruptibiliū ꝯtinget nobis qđ difficilis: ⁊ eſt. Utrū ꝑncipia corruptibiliū ſint corruptibilia aut incorruptibilia? Manifeſtū eſt enīʒ ꝙ ſi ꝑncipia corruptibiliū fuerint corruptibilia ꝙ. ſunt ex alijs principijs neceſſario. Qm̄ omne corruptū diſſolviẗ in ea ex q̄bus cōponiẗ. Si igiẗ principia rerum corruptibiliū fuerint corruptibilia neceſſario hn̄t ꝑncipia: ⁊ accidit ex hoc impoſſibile: ⁊ eſt ꝙ ꝑncipia hn̄t principia: ⁊ hoc procederet in infinitum ⁊ faciēt entia infinita eſſe in actu eſſentialiter. ¶ Deinde. d. etiā ſi principia nō corrūpanẗ ⁊c̃. i. ⁊ ſi principia reruʒ corruptibiliū ſunt incorruptibilia ſicut principia incorruptibiliū: qua de cā fiunẗ a principijs īcorruptibilibꝰ quedā incorruptibilia ⁊ quedā corruptibilia: hoc enīʒ aut eſt impoſſibile: aut indiget maximo ſermone in cauſaʒ illius dandā: ⁊ q̄. d. difficultatē cōtingentē poſitioni ꝑncipioꝝ reruʒ corruptibiliū ⁊ incorruptibiliū eſſe diuerſa. d. ⁊ ēt nullus dixit ⁊c̃. i. ⁊ ꝓꝑ apparentiā īpoſſibiliū cōtingētiū poſitioni ꝑncipioꝝ diuerſoꝝ. ſ. incorruptibiliū ⁊ corruptibiliū ita ꝙ quedā agant corruptionē ⁊ q̄dā permanētiā: ideo nullus antiquoꝝ dixit hoc eſſe: ſed dixerūt ꝙ ꝑncipia oīum ſunt eadē: ⁊ laborauerūt perſcrutādo de q̄ōne difficili quaʒ diximus: ⁊ dixit hoc vilipendēdo a dicētes duos deos eſſe: quoruʒ vnus agit bonum: ⁊ alius malum.

3 *(margin, beside "¶ Et cū declarauit")*

*Dē corruptū diſſoluitur in ea ex q̄bus cōponitur.*

*a Vilipēdēdi ſunt illi duo dij: q̄rū vnꝰ agit bonum / alius malum.*

Utrũ vnũ ⁊ ens ſint ſbe

¶ Omniũ aũt difficillimũ ad cõſiderãduz ⁊ ad cognoſcẽduz veritatez maxime neceſſariuz: vtruz vnum ⁊ ens ſubſtãtie entiũ ſunt. Et vtrũ ipſorũ nõ alterũ aliqd ens: hoc vnuz quidez/hoc aũt ens eſt. Aut opz querere quid eſt ipſuz ens ⁊ vnuz: quaſi ſubiecta alia natura. Hi nãqz illo modo: illi hoc modo putãt naturã ſe habere.

Plato Pythagorici.

Plato nãqz ⁊ Pythagorici nõ aliud aliqd ens/nec vnum: ſed hoc ipſorũ naturã eſſe quaſi exiſtente ſubſtantia ipſum vnuz eſſe ⁊ ens aliquid.

Empedo.

¶ Alij vero de natura vt Empedocles vt ad notius reducens dicit qz vnum ens eſt: videbitur eniz vtiqz dicere hoc amorem eſſe: cauſa nãqz eſt. Hec omnibus vnum eſſe.

Alioꝝ alia opinio.

¶ Alij vero ignem: alij aerem dicunt eſſe vnuz hoc ⁊ ens: ex quo entia eſſe ⁊ fcã eſſe. Similiter aũt ⁊ qui plura ponũt elementa. Neceſſe nãqz ⁊ his tot dicere ens ⁊ vnũ quot pricipia dicũt eſſe.

Rõ ꝓ opione Plõnis ⁊ Pythagore.

¶ Accidit aũt ſiquidem quis nõ ponit eſſe quãdaz ſubſtantiaz vnuz ⁊ ens nec aliorũz eſſe vniuerſaliuz nulluz: hec nãqz vniuerſalia ſunt maxime oĩum. Si vero nõ eſt aliquid vnuz ipſuz: neqz ipſuz ens: nihil aliorũ aliquid erit preter ea que dicta ſunt ſingularia.

Scda rõ.

¶ Amplius aũt non exiſtẽte vnius ſubſtãtia: palaz qz nec numerus erit quaſi natura alia ab exiſtẽtibus ſeparata. Numerus eiz vnitates. Unitas vero qd vere vnuz aliquid eſt. Si autẽ aliquid eſt ipſum vnum ⁊ ens: neceſſe eſt ſubſtantiam ipſoꝝ eſſe qd ſit ens ⁊ ipſuz vnuz. Nõ eniz aliquid aliud vlr predicatur: ſed hec ipſa.

Ad oppoſitũ qõnis.

¶ At vero ſi erit aliquid ens ipſum ⁊ ipſum vnum multa erit dubitatio: quõ erit diuerſum aliquid preter hoc. Dico aũt quõ erunt vno plura entia. Qd enim diuerſum eſt ab ente non eſt. Quare ẜm Parmenidis rationez accidere eſt neceſſe vnum oĩa eſſe entia ⁊ hoc eſſe ens. Utrobiqz vero difficile: ſiue nãqz nõ ſit vnuz ſubſtãtia: ſiue ſit ipſum vnuz: ſubſtantiaz eſſe numeruz eſt impoſſibile. Siqdez igitur nõ ſit: dcm̃ eſt prius pp quid. Si autez fuerit eadem eſt dubitatio ⁊ de ente. Ex aliquo nãqz ⁊ preter vnum erit ipſum aliqd



aliud vnum. Nihil enim eſſe eſt neceſſe. Omnia autez entia aut vnuz ſunt aut multa quorũ eſt vnuz vnũqdqz.

Zenonis rõ

¶ Amplius ſi indiuiſibile eſt vnũ ipſuz ẜm Zenonis dignitatẽ nihil vtiqz erit. Qd eniz nec additum nec ablatuz facit maius nec min⁹: nõ ait hoc eſſe exñtiũ. Tanqz palaz ꝙ exiſtẽte magnitudine ipſo ente: ⁊ ſi magnitudo corpalis. hoc enim oĩno ens. Alia vero aliqualiter qdez addita faciunt maius: aliqualiter aũt nihil: vt ſuperficies: ⁊ linea. Punctuz vero ⁊ vnitas nullatenus.

Soluo ad rõnẽ Zenonis

¶ Sed qm̃ hic ſpeculat onerose: ⁊ cõtingit eſſe indiuiſibile: vt ⁊ ſic ad illũ aliq̃ habeat rñſio: maius eniz nõ faciet: ſed plus additũ tale. Sed quõ ex vno tali: aut pluribus erit magnitudo. Simile nãqz eſt: ⁊ lineã ex pũctis eſſe dicere: at vero ⁊ ſiqs ita putat factus ſit: vt qdaz dicunt: ex vno ipſo: ⁊ alio nõ vno aliquo numerus: nihil min⁹ eſt querendum: quare: ⁊ quõ: qñqz quidez numerus: qñqz aũt magnitudo erit qd factum eſt: ſi non vnum inequalitas ⁊ eadẽ nã erat. Nec eniz quõ ex vno ⁊ hac: nec quõ ex numero aliquo: ⁊ hac fient vtiqz magnitudines palã.

¶ Et nos videmus ꝙ difficilior iſtarum queſtionuz ⁊ magis neceſſaria ad ſciendũ veritatem eſt vtrum ens ⁊ vnum ſint ſubſtãtie entium: ⁊ vtrum nõ attribuit alij. ſed hoc eſt ens: ⁊ hoc eſt vnum. aut oportet querere qd eſt ens: ⁊ quid vnum tali qõne quaſi alia natura eẽt eis ſubiecta. quidam. n. homines exiſtimauerunt ꝙ natura eorum eſt talis: ⁊ quidã aliter. Plato vero ⁊ Pythagorici nõ finxerunt ens ⁊ vnum eẽ aliud: ſed finxerunt ꝙ natura eoꝝ hec eſt ⁊ ſubſtãtia eorũ vt ſint vnum: ⁊ ens. ¶ Naturalis aũt ſicut Empe. attribuit vnũ alij manifeſtiori: ⁊ fingit ꝙ vnum eſt ens: ⁊ forte dicit ꝙ illud vnũ eſt amicitia. Fingit enim ꝙ amicitia eſt cauſa per quaz omnia ſunt vnuz. ¶ Alij vero finxerunt hec vnũ ⁊ ens eſſe ignem: ⁊ alij aerem ex quo facta ſunt omnia entia: ⁊ etiam finxerunt dicentes elemẽta eſſe plura. iſti enim coacti ſunt ad dicendum ꝙ vnum ⁊ ens ſunt plura ẜm

numeruꝫ principioꝝ que dicunt eſſe. Et ſi aliqs finxerit ꝙ vnum ⁊ ens non ſunt ſbe rei alicuius: accidit vt nihil alioꝝ vniuerſaliū ſit ſba alicuiꝰ rei: vnū eniꝫ ⁊ ens ſunt vl'ia magis qꝫ alia. Si aūt vnuꝫ nō eſt exiſtēs per ſe: ſilr neqꝫ ens eſt exiſtēs per ſe. Nullū.n. aliud eſt exñs p ſe: niſi particularia. Et etiaꝫ ſi vnum nō ſit ſba: manifeſtum eſt ꝙ non eſt numerus abſtractus a numeris: quaſi aliqua natura ſeparata ab entibus. Numerus eniꝫ eſt vnitas. Unuꝫ aūt eſt aliqđ per ſe exiſtēs ſolitariū. Si igitur aliqđ eſt vnuꝫ ⁊ ens neceſſe eſt vt ſit ſba. Qm̄ de ens nō dicet aliquid vl'e: ſed illa dicent de ſe. Nec eſt poſſibile vt aliquis dixerit ꝙ vnum ⁊ ens ſunt idem. Multe eniꝫ ſunt qōnes difficiles cōtra illuꝫ. Quaruꝫ vna eſt qūo eſt poſſibile vt aliquid aliud ab iſtis ſit. ſ. qūo eſt poſſibile vt generationes ſint plures vna. Generatio eniꝫ nō eſt niſi entis. Et ideo accidit vt entia ſint vnum neceſſario ſicut dixit Parmenides. ⁊ vt iſtud vnuꝫ ſit ens. Scđm igitur quēcunqꝫ iſtoꝝ duoꝝ modoꝝ dicatur hoc difficile eſt ⁊ graue: qm̄ ſi dixerimus ꝙ vnuꝫ ſba non eſt ⁊ ſi dixerimus ꝙ vnuꝫ eſt aliqđ exñs per ſe: impoſſibile erit vt numerus ſit ſba: ſi vnuꝫ non fuerit ſba. Si aūt aliquis dixerit ꝙ numerus eſt ſba: in hoc qdeꝫ erit qđ difficilis. Et eſt q̄ſtio querens de ente vtrū ſit aliud ab vno aut eſt vnum: ⁊ neceſſe eſt vt ens omne nō ſit vnū: ⁊ neceſſe eſt ēt vt ſit. Et qꝛ oīa aut ſunt vnuꝫ: aut plura cōpoſita ex vnis. Et etiaꝫ ſi hoc vnum eſt indiuiſibile: erit ſm̄ hoc qđ Zeno opinabat nihil eſſe oīo. Fingit eniꝫ ꝙ illud qđ non augmentatur apud additionem neqꝫ diminuitur apud diminutionē non eſt entiuꝫ. Manifeſtum eſt igitur ꝙ entia ƀꝫ figmentū eius ſunt magnitudines. Si igitur entia ſunt magnitudines: ſunt magnitudines corporales: qm̄ magnitudo corpalis eſt ens omnibus modis. Aliarum auteꝫ rerum quedam ſunt que quādo componuntur ſit ex eis magnitudo: ⁊ quedam ſunt que quādo componunt non ſit magnitudo ſm̄ ꝙ diximus



Finxit eniꝫ ꝙ ſupficies ⁊ linea qñ cōponunt faciūt magnitudinē: punctꝰ aūt ⁊ vnum nō faciūt magnitudineꝫ. Quia igit iſte Zeno errat in ſuo ſermone ⁊ ꝫ opinioneꝫ tortuoſāꝫ: ⁊ poſ'e ē vt aliqđ ſit idiuiſibile: oꝫ nos rñdere iſti ſermoni aliquātuluꝫ. Et dicamꝰ qñ vni addit aliqđ non maius erit ſed plus: ⁊ ideo nō erit magnitudo: qm̄ qūo ſit magnitudo ex tali vno: ⁊ ex pluribꝰ que nō ſunt vnum. Et dicens hoc ſimilis eſt dicenti lineam cōponi ex pūctis: ⁊ ſi aliquis exiſtimauerit hoc eſſe: ⁊ ꝙ numerus ſit ex hoc vno: ⁊ ex alio quod nō eſt vnū: ſicut qdaꝫ dicūt. Querat ab eo quare hoc nō eſt in numero ī qbuſdaꝫ generibꝰ numerus: ⁊ in quibuſdaꝫ magnitudo. ſi illud quod nō eſt vnuꝫ: eſt equale vni: ⁊ habeat eandem naturaꝫ. Non enim eſt manifeſtuꝫ qūo numeri fiunt ex vno: ⁊ ex alio quod non eſt vnuꝫ: neqꝫ qūo eſt poſſibile vt magnitudines ſint ex aliquo numeroꝝ: ⁊ ex hoc quod non eſt vnum.

¶ Et nos videmꝰ ⁊c. vtrum ens ⁊ vnū ⁊c. i. ⁊ iſta qđ eſt vtrum ens ⁊ vnū ſignificēt ſbas entiū: ⁊ vnūqđqꝫ eoꝝ qđ ſignificāt nō attribuitur alicui alij entiū: ita ꝙ ſbm eius ꝙ ſignificāt hec noīa vnum ⁊ ens nō ſit aliud: aut ſignificāt de entibꝰ aliqua ꝯſtituta p aliqua alia. i. aliq̄ in ſbto. ¶ Et hoc intēdebat cū. d. aut opꝫ querere qđ eſt ens ⁊c. i. ꝙ cū queſiuerimꝰ diffōneꝫ entis/ ⁊ vnius/ diffiniemꝰ illa ƀꝫ ꝙ diffiniunt res que ꝯſtituunt p aliaꝫ nām. ¶ D. d. qdaꝫ. n. exiſtimāt ⁊c. i. qdā. n. homines reputāt vnuꝫ ⁊ ens ſignificare naturas exiſtentes per alias ⁊ quidā exiſtimāt ea ſignificare nās exñtes per ſe. D. d. Plato aūt ⁊ Pythagorici ⁊c. i. Plato ⁊ Pythagorici opinati non ſunt ꝙ vnū ⁊ ens ſignificēt de entibꝰ nās cōpoſitas: ſed fingūt ꝙ vtrūqꝫ eoꝝ ſignificet vnā intētionē. ſ. ſimplicē nō cōpoſitā. i. nō vnū cōpoſitū ſic ſignificāt noīa determinatiua. D. d. nālis aūt ſic Empe. ⁊c. i. nālis aūt. ſ. Empe. ⁊ alij cōueniūt cū Platone ⁊ Pythagoricis ꝙ hec noīa vnū ⁊ ens ſignificēt de rebꝰ vnas nās ⁊ ſimplices. ¶ Sed tñ nāles dicūt in hoc vno ſermone manifeſtiorē q̄ dixerūt Pythagorici: ⁊ dixit hoc: qꝛ Pythagorici dicebāt ꝙ vnū ⁊ ens qđ eſt ſba entiū eſt ipſe numerꝰ. Pla. vo dicebat ipꝫ eē formas nuāles. Nāles āt poſuerūt vnū ⁊ ens eē elm̄tū reꝝ ſenſibiliū: aut ignē ƀꝫ ſermonē qūdā: aut aerē: aut aquā. Et qꝛ Empe. ponit cām ſenſibilis vniꝰ eē amicitiā: ⁊ hꝫ eſt ꝓpriū ei īter oēs nāles. d. ⁊ finxit ꝙ hoc vnū eſt amicitia ⁊c. i. qm̄ cū opinatꝰ eſt ꝙ amicitia eſt cā que facit oīa eſſe vnū. iō eſt magis digna vno: qꝛ qđ eſt cā vnitatis eſt vnū eſſentialiter ⁊ pimo. ¶ D. d. ⁊ alij fingūt ⁊c. i. ⁊ innuit per hoc illos qui fuerunt ante Empe. qui nō poſuerūt cām agētem. D. d. ⁊ ſimilr illi qui finxerūt elemēta eſſe plura. i. ꝙ qm̄ iſti ēt

Noīa dnoīatiua ſignificāt vnū ꝯpoſitū. Uide p̄ phy. cō. 25. ⁊ vide oppoſitū. 5. met. cō. 14. ⁊. 7. met. cō. 18.

Qđ ē cā vnitatis ē vnū eſſentialiter ⁊ primo.

opinanť ꝙ hoc nomē vnū ⁊ ens qđ đř multipľr ſignificāt đe rebus numeꝝ eꝝdoꝝ: ⁊ q̄ꝛ iſtis ꝯtingit dicere ꝙ hoc nomē vnū ⁊ ens non ſignificāt idē vnū ſicut antiq̄ fingebāt: adeo ꝙ Parmenides pp̄ hoc dixit. ꝙ nulla eſt multitudo oı̄no: ⁊ ꝙ ens eſt ſimplex nō cōpoſituꝫ ⁊ vnū: ⁊ ꝙ nō hꝫ elemētū. ⁊. d. iſti eniꝫ coacti ſunt ad dicēdū ꝙ vnū ⁊ ens ſignificat. i. iſti. n. qui ponebāt vnū ⁊ ens eē pncipia reꝝ: ⁊ poſuerunt pncipia eē multa ꝯtingit eis dicere ꝙ hec noı̄a vnū ⁊ ens ſignificant plures intētiōes. V. g. ignē ⁊ aerē: aquā ⁊ terrā apud opinantes ꝙ iſta elemēta ſunt principia oı̄um entium.

De opiōne Parmenidis. Vide p̄ phy. 25.

2 ¶ Et cū cōpleuit ſermonē in dicētib⁹ ꝙ vnū ⁊ ens ſignificāt ſbas exiſtētes. ſ. quaꝝ nā eſt alia a nā vni⁹: incepit dicere q̄ōnes ꝯtingētes ēt dicētib⁹ ꝙ nō ſignificāt de reb⁹ ſbas. ⁊. d. ⁊ ſi aliq̄s finxerit ⁊c̄. i. ⁊ ſi aliq̄s finxerit ꝙ hoc nomē vnū p̄dicabile de oı̄bus: ⁊ ens nō ſignificāt de reb⁹ ſbas: ꝯtinget vt nihil ex vľibus ſignificet ſbas rerū. ⁊ ſic deſtruenť demr̄ationes ⁊ diffōnes. Vnuꝫ. n. ⁊ ens ſicut dixit magis vľia ſunt q̄ oı̄a alia. D. d. ſi aūt vnū nō fuerit ⁊c̄. i. ⁊ ēt ſi vnum vľe ⁊ ens nō ſignificent ſbas exiſtes per ſe/ nō erit hic vnū qđ eſt ſba reruꝫ particulariū. ¶ D. d. ⁊ ēt ſi vnū fuerit ſba ⁊c̄. i. ⁊ ēt ſi poſuerimus ꝙ vnuꝫ nō ſignificat ſbam: ſed nām inſenſibilē: manifeſtū eſt eſſe impoľe vnū eſſe abſtractū exiſtēs p̄ ſe ſolitariū a reb⁹ numerabilib⁹. i. ſm̄ ꝙ poſuerūt ponētes numeros exiſtes per ſe abſtractos a nūerabilib⁹.

Vnuꝫ ⁊ ens ſunt magis vlia alijs.

¶ D. d. ⁊ dedit cām in hoc exēplo: ⁊ dixit. nūer⁹. n. vnitas eſt ⁊c̄. i. cā in hoc eſt ꝙ numer⁹ coaceruatio ē vnitatū. Si igiť vnitates nō ſignificāt aliqđ ens: tūc numer⁹ nō erit aliq̄d ne duꝫ ſit abſtract⁹.

Numer⁹ eſt coaceruatio vnitatū.

3 ¶ D. incepit dicere q̄ōnes ꝯtingētes ponētib⁹ vnū ſbale eē ſignificās intentionē vľem: ⁊. d. vnum aūt eſt aliq̄d exiſtēs per ſe. i. vnū auteꝫ intelligiť ꝙ eſt intentio exiſtēs per ſe/ nō hn̄s ſbm neq̄ꝫ ſitum: eſt igiť vna ſba. i. particularis. D. d. ⁊ cum aliquid ſit vnū ⁊ ens ⁊c̄. i. ⁊ cum hoc nomē vnum ⁊ ens ſignificāt vnaꝫ intentionē numero: neceſſe eſt vt ens ⁊ vnuꝫ ſignificent vnam ſubſtātiaꝫ particularē in numero. D. d. qm̄ de eis nō diceť ⁊c̄. i. ⁊ cum vnū ⁊ ens fuerint ſbe: ⁊ nulluꝫ hn̄t vľe ſbaliter qđ prediceť de eis ſm̄ quid eſt manifeſtū ꝙ vnum ⁊ ens ſignificāt vnaꝫ ſbam numero. ¶ D. d. ⁊ nō eſt poſſibile ſi aliq̄s dixerit: ⁊c̄. i. ⁊ impoľe eſt dicere ꝙ vnū ⁊ ens ſignificāt ſbam vnā numero: dicentib⁹. n. hoc ꝯtingunt q̄ōnes graues ad diſſoluēduꝫ: qm̄ ſi vnuꝫ ⁊ ens ſignificarēt ſbam vnā numero: q̄uō erunt res gn̄abiles in ſba: generabile eniꝫ aliud eſt ab ente vno. ⁊ ſic vnum erit duo: aut plus: qm̄ generationes nō ſunt niſi in ſubſtātijs nō in accidētib⁹. ¶ Et intendebat ꝙ ſi eēt in accidētibus nō cōtingeret eis vt ens eēt vnuꝫ. ens eniꝫ nō đř apud eos niſi de ſba. D. d. ſm̄ igitur vtrūlibet iſtoꝝ modoꝝ ⁊c̄. i. ⁊ cum dixerim⁹ ꝙ ſignificat vnū numero. ſ. nō plura. ſm̄ igitur vtrūlibet iſtoꝝ modoꝝ fuerit dictū erit difficile. ſ. ſiue fuerit dictū ꝙ ſignificat ſbaꝫ: aut nō ſbam. Qm̄ ſi fuerit dictū de ſba auferetur multitudo: ⁊ ſi nō de ſubſtantia auferūtur vnitates que ſunt ſubſtātie: ⁊ erit impoſſibile numerū eſſe ſubſtātiaꝫ ſm̄ opinionē dicētium hoc: ⁊ fuit cōtentus in hac cōtradictione in poſitione opinantium ꝙ numerus eſt ſubſtantia: q̄ꝛ lꝫ dicens hoc non opinetur ꝙ numerus eſt ſubſtātia: tamē cōtingit ei vt nō inueniatur vnum quod ſit ſubſtantia: neq̄ꝫ aliud in ſubſtātia omnino: qđ eſt contrarium ſenſui.



¶ Et ſi poſituꝫ fuerit numerū eē ſbaꝫ ⁊ ens: ꝯtinget eadē qđ: p̄ quā dixerūt ꝙ vnū ſignificat vnā intentionē numero: ⁊ eſt vt nulla multitudo ſit oı̄no: qm̄ hoc nomē ens/ aut ſignificat vnū nūero: aut multitudinē. Si igiť ſignificat vnū nūero ens erit vnū ī nūero. ⁊ eſt ſermo Parmenidis: ⁊ ſi multitudinē. tūc erit multū. quod eſt impoſſibile: oē. n. aut eſt vnū: aut plura. ¶ Et hoc intēdebat cuꝫ. d. ſi āt aliq̄s dixerit ꝙ numerus eſt ſba ⁊c̄. ⁊ iſte oēs q̄ōnes contingūt antiquis: q̄ꝛ nō intellexerūt de hoc noı̄e vnū niſi vnā intētionē dictaꝫ vni uoce: ⁊ Parmenides intelligebat per hoc ip̄m eſſe vnū particulare: ⁊ iſte q̄ōnes diſſoluunť per hoc ꝙ hec noı̄a vnū ⁊ ens dicūtur multipliciter ſm̄ ꝙ Ari. cōtradixit Parmenidi in p̄ phy. ¶ Et q̄ꝛ q̄dā eoꝝ ēt deſtruxerūt vnū eē: incepit loq̄ ꝯtra illos: ⁊ dixit: ⁊ ēt ſi hoc vnū ⁊c̄. i. ꝙ iſte hō. ſ. Zeno dicebat ꝙ manifeſtū eſt vnū eē indiuiſibile: ⁊ oē tale nō augmētať apud additionē in eo neq̄ꝫ diminuiť: q̄ꝛ neq̄ꝫ diuidiť: ergo nō recipit additionē: neq̄ꝫ diminutionē: ⁊ ens eſt illđ qđ recipit augmentū ⁊ diminutionē: ergo non eſt ens. ¶ D. d. ⁊ incepit cōtradicere ei. ⁊. d. manifeſtū eſt igiť ꝙ entia ſm̄ ſuū figmentū ſunt magnitudines ⁊c̄. i. ⁊ cōtinget ſm̄ ſermonē iſtius vt ens nō ſit aliud q̄ magnitudo cuꝫ ens eſt illud qđ recipit additionē ⁊ diminutionē. ¶ D. d. ſi igiť entia ⁊c̄. i. ⁊ dicebat ſuper hoc ſi ens eſt illud qđ recipit diuiſiones: tūc illud qđ recipit diuiſionē in oı̄bus partibus ⁊ eſt corpus: eſt ens ī rei veritate. Deinde. d. alioꝝ aūt quedā ſunt ⁊c̄. i. ⁊ dicebant ꝙ ea q̄ ſunt p̄ter corpus ex quib⁹ nō cōponiť corpus nō eſt ens: ⁊ hec eſt diſpō vnius ⁊ pūcti: ⁊ ſupficies aut linea ſunt apud euꝫ entia cū ex illis vt dicebat cōponiť corpus. ¶ Et cū narrauit ei⁹ ſermonē incepit diſſoluere eū: ⁊. d. q̄ꝛ igiť iſte Zeno ⁊c̄. i. q̄ꝛ ſermo iſti⁹ hoı̄s eſt valde dubitatiuus ⁊ tortuoſus ex q̄ exiſtimauit ꝙ oē qđ non diuidiť nō eſt ens: opꝫ nos rn̄dere illi. D. d. ⁊ dicamus ꝙ qn̄ vni ⁊c̄. i. ꝙ ſm̄o Zenonis ꝙ nihil addiť vni: q̄ꝛ tūc eēt maius ⁊ diuidereť oı̄no ⁊ non remanet vnū/ nō eſt verus. imo dicimus ꝙ addiť ei ⁊ fit plus nō maius. ⁊ ideo non dꝫ fieri linea ita ꝙ recipiat diuiſionē ſicut finxit ille. ¶ D. d. cām pp̄ quā fuit necē vt ex eo nō ſit magnitudo. ⁊. d. q̄uō eſt poſſibile vt magnitudo ⁊c̄. i. magnitudines. n. impoſſibile eſt vt generenť ex vno: neq̄ꝫ ex multis rebus alijs ab vno. ſ. ꝙ ex vno neq̄ꝫ cuꝫ vno neq̄ꝫ cū alia re fit magnitudo. Magnitudo em̄ eſt de nā cōtinui: vnū aūt eſt de nā diſcreti. ¶ D. d. ⁊ dicēs hoc eſt ſimilis ⁊c̄. i. dicēs ꝙ additio vni facit vt ex vno ⁊ addito fiat magnitudo: eſt ſicut dicens ꝙ magnitudines fiūt ex punctis ⁊ ex indiuiſibilib⁹ qđ iam deſtructū eſt. D. d. ⁊ ſi aliq̄s exiſtimauerit hoc eē ⁊c̄. i. ſi aliq̄s dixerit cōtradicēdo Zenoni ꝙ iam aſſueti ſunt hoı̄es quidā ad dicendū. ſ. ꝙ numerus ⁊ magnitudo ſunt cōpoſiti ex vno ⁊ ex aliquo non vno. dicať ei quare cōponunť ex vno ⁊ ex nō vno duo gn̄a diuerſa: quoꝝ vnuꝫ eſt numerus ⁊ aliſt magnitudo: ⁊ nā vnius, ⁊ nō vnius ex quibus cōponiť numerus eſt eq̄lis nature vni⁹ ⁊ nō vnius/ ex quib⁹ cōponiť magnitudo. ¶ Et intēdit ꝙ ꝯtingit huic poſitioni ꝙ elemēta rerū diuerſarum in ſpecie ſunt ꝯueniētia in ſpecie: qđ eſt inopinabile. D. d. nō em̄ eſt manifeſtū ⁊c̄. i. qm̄ qn̄ dixerimus ꝙ intētio nō vnius eſt qđ nō hꝫ naturaꝫ vnius: ſed cōtrariā: tūc impoſſibile erit vt ex eo cōponať magnitudo: aut numerus. talia em̄ cōtraria non admiſcenť.

Tex. cō. 4.

Magnitudo eſt de nā ꝯtiui. vnū aūt ē de nā diſcreti.

*Utrꝫ nūerꝰ ⁊ magnitudo ſint ſbē rerū.*

¶His aūt habita eſt dubitatio vtrū numeri: ⁊ coꝛpoꝛa:
⁊ ſuperficies: ⁊ pūcta ſubſtātie alique ſunt aut nō. Nā ſi
nō ſunt: diffugit nos quid nā ſit ipꝫ ens: ⁊ que nā entiū
ſubſtātie. Paſſiones.n. ⁊ motꝰ: ⁊ ad aliqd: ⁊ diſpōnes:
⁊ orones nullꝰ videnꝫ ſbam ſignificare. Dicunꝫ.n. oīa
de ſubiecto aliquo: ⁊ nihil hoc aliqd. Que vero maxie
ſbam ſignificare videnꝫ aqua: ⁊ ignis: ⁊ terra; ex qbus
cōpoſita coꝛpoꝛa cōſtant. Hoꝝ calores quidē ⁊ frigidi/
tates ⁊ ſiles paſſiones non ſunt ſbe. Coꝛpus vero hoc
patiēs ſolū remanet vt ens aliqd ⁊ ſba aliq̄ exñs. At ve/
ro coꝛpus eſt minus ſubſtātia ſupficie ⁊ hec linea: ⁊ hec
vnitate: ⁊ pūcto. His eniꝫ diffiniꝫ coꝛpus. Et hec qui/
dē ſine coꝛpe ɔtingere videnꝫ eē. Coꝛpus vero ſine his
eſt ipoſſe. Propterea multi quidē ⁊ prioꝛes ſbaꝫ ⁊ ens
putabāt coꝛpus: alia vo hmōi paſſiones. Quare ⁊ pn/
cipia coꝛpoꝛū entium eſſe principia. Poſterioꝛes vero
⁊ ſapiētioꝛes his eſſe opinabanꝫ numeros. Queādmo
duꝫ ergo dicebamus: ſi nō ſunt ſubſtātia hec: oīno nul
la ſubſtātia eſt: nec ens nullū. Non eñ hoꝝ accñtia di/

*In oppoſitum.*

gnuꝫ eſt vocare entia. ¶At vero ſi hoc quidē cōfeſſum
eſt: qꝛ magis ſunt ſubſtātia longitudines coꝛpoꝛibus: ⁊
pūcta. Hec aūt nō videmus qualiū vtiqꝫ erūt coꝛpoꝝ:
nā in ſenſibilibꝰ impoſſe eē nō vtiqꝫ erat ſubſtātia nulla.

*Secūdo ad idem.*

¶Amplius hec oīa videnꝫ dimēſiones eſſe coꝛpoꝛis:
hoc quidē ad latitudinē: hoc vero ad pfunditatē: illud

*Tertio ad idem.*

ad longitudineꝫ. ¶Adhuc aūt ſilr ineſt in ſolido que/
cūqꝫ figura. Quare ſi nec in lapide mercurius: nec me/
dietas cubi in cubo ſit vt ſegregata; igiꝫ nec ſupficies:
nam ſi quecūqꝫ ⁊ vtiqꝫ hec erit determinās medietateꝫ:
eadem autem ratio eſt ⁊ in linea: ⁊ in puncto: ⁊ vnitate.
Quare ſi maxime quidem ſubſtātie eſt coꝛpus: hoc aūt
magis hec. Nec ſunt aūt hec: nec ſubſtātie alique diffu/

*Quarto ad idem.*

git quid eſt ens: ⁊ q̄ ſubſtātia entiū. ¶Nā cū dictis ⁊ cir
ca generationē ⁊ coꝛruptionē accidunt irrōnabilia. Ui/
deꝫ eniꝫ ſubſtantia nō ens prius nūc eſſe aut prius exi/



ſtens: poſterius tñ non per fieri ⁊ coꝛrumpi hoc pati.
Puncta vero ⁊ lineas: ⁊ ſuperficies non contingit neqꝫ
fieri neqꝫ coꝛrūpi. qñqꝫ quidē exiſtētes: qñqꝫ vero non
exiſtētes. Nam qñ copulanꝫ aut diuidunꝫ coꝛpa ſimul:
qñqꝫ quideꝫ vna copulatoꝝ: qñqꝫ vero due diuiſoꝛum
ſunt. Quare non cōpoſitoꝛum eſt: ſed coꝛruptum eſt di
uiſoꝛum: qꝛ ſunt prius non exiſtentes. Non enim indi/
uiſibile punctum diuiſum eſt in duo. Et ſi generantur ⁊
coꝛrumpunꝫ ex aliquo generanꝫ: ſimiliter aūt ſe hꝫ cir/
ca nunc in tpe. Non eniꝫ hoc cōtingit fieri ⁊ coꝛrumpi.
attamen vꝫ aliquid ſemper eſſe: nō ſubſtātia aliqua exi/
ſtens. Silr aūt palam qꝛ ſe hꝫ ⁊ circa puncta: ⁊ lineas:
⁊ ſuperficies. Eadem eniꝫ ratio. Nam omnia ſimiliter
aut termini aut diuiſiones ſunt.

¶Et iſtam qōnem cōſequiꝫ alia difficilis: ⁊ eſt vtrū nu
meri: ⁊ coꝛpoꝛa: ⁊ ſuperficies: ⁊ linee: ⁊ pūcta ſunt ſub/
ſtantie aut non. Qm ſi non fuerint ſubſtātie: tunc rece/
det a nobis cognitio que ſit ſubiecto: ⁊ que eſt ſubſtan
tia entiū. Motus aūt ⁊ paſſiones: ⁊ ſpecies relationis:
⁊ diſpoſitionū: ⁊ dictionuꝫ exiſtimantur non ſignificare
ſubſtantiaꝫ alicuius. Omnia eñ dicunꝫ de ſubiecto: ⁊
nihil eoꝝ dicitur qd eſt hic. Illud autē qd exiſtimaꝫ in
maioꝛi parte ſignificare ſubſtātiā eſt aqua: ⁊ terra: ⁊ aer:
⁊ ignis: ex quibus cōſtituunꝫ oīa cōpoſita coꝛpoꝛa. Ca
liditates vero ⁊ frigiditates in iſtis rebus: ⁊ ſibi ſimilia
ſunt paſſiones ſubſtātie. Coꝛpus vero eſt illud qd de/
terminat iſtas paſſiones ſolū: qꝛ eſt ens aliquid: ⁊ alia
ſubſtātia. Sꝫ coꝛpus eſt minus ſuperficie in ſubſtātiali/
tate: ⁊ ſuperficies minus qꝫ linea: ⁊ linea minus qꝫ pun
ctum: ⁊ vnū coꝛpus diffiniꝫ per iſta. Iſta eñ exiſtiman
tur eſſe ſine coꝛpe: ⁊ hoc poſſe. Coꝛpus aūt impoſſe eſt
vt ſit ſine iſtis. Unde antiqui phoꝛū exiſtimauerūt ſub/
ſtantiā: ⁊ ens eſſe coꝛpus: ⁊ qꝫ alia ſunt paſſiones iſtius
coꝛpoꝛis. Et ideo iſti exiſtimauerūt qꝫ principia coꝛpo
rum ſunt principia entiū. alij aūt qui reputauerūt ſe ſa/

pientiores illis exiſtimauerũt ꝙ ſubſtantia ⁊ ens eſt numerus. Sicut igit̃ diximus ſi iſta que diximus nõ ſunt ſubſtantie: nulla eſt ſubſtantia oĩno: neqꝫ ens. Quĩ rectũ nõ eſt vt accidẽtia que accidũt iſtis ſubſtãtijs dicantur ſubſtãtie ⁊ entia. Sꝫ cũ manifeſtũ eſt ꝙ magnitudines ⁊ puncta que ſunt corporis: ſunt maioris ſubſtãtialitatis qꝫ corpus: ⁊ nõ videmus ea eẽ ſubſtãtias: ex quibus igit̃ corporibus ſunt ſubſtãtie entiũ. Et impoſſe eſt vt ſint ex corporibus inſenſibilibus. aut forte nulla ſubſtantia oĩno eſt. Et etiaꝫ videmus ꝙ oĩa iſta ſunt dimẽſiones corporis. Quedã enĩ ſunt latitudinis. Quedaꝫ ſpiſſitudinis. Et quedã longitudinis. Et cum hoc dicit̃ ꝙ iſta ſunt in corporibus ſicut figure ſunt in eis. Corpus enĩ neceſſe eſt vt habeat aliquaꝫ figurã. Si igitur poſſibile fuerit vt corpus non habeat figuraꝫ: poſſibile erit vt non habeat dimenſionẽ. V.g. quoniam ſi fuerit poſſibile vt figura mercurij non ſit in idolo Mercurij: poſſibile eſt vt figura ſemigrandinis ſit in tota figura grandinis. ⁊ cuꝫ hoc qđ diximus accidit iſtis error cuꝫ perſcrutati fuerimus de rebus quibus contingit generatio ⁊ corruptio. exiſtimãt enĩ ꝙ ſubſtãtia nõ primo fuit: deinde fuit: aut fuit primo: deinde corrũpit̃. ⁊ ꝙ paſſiões cõtingũt ei apud generationẽ ⁊ corruptionẽ. Puncta autẽ ⁊ linee ⁊ ſuperficies impoſſibile eſt vt habeãt generationẽ ⁊ corruptionẽ: aut vt ſint quãdoqꝫ: ⁊ quãdoqꝫ nõ. Corpora enĩ ↄtinua diſcreta apud cõtinuationem adunantur: ⁊ apud diſcretionẽ fiunt duo: ⁊ nihil corrumpit̃ niſi corruptio accidat ei. ⁊ res que diuiduntur nõ ſunt ſine generatiõe. Punctus autem ſi non diuiditur non fit duo puncta: ⁊ ſi generatur ⁊ corrumpitur neceſſario eſt ex aliquo.

17 ¶ Et iſtaꝫ qõnez ⁊c. ⁊ eſt qđ difficilis pſcrutãda in hac ſcia. vtrũ numeri: ⁊ corpa: ⁊ ſupficies: ⁊ linee: ⁊ puncta: ſunt ſubſtantie entiuꝫ. ſ. que dicunt̃ ſm qd ſicut qdã dicũt: aut nõ. Exiſtimat̃. n. ꝙ ſi iſta nõ fuerint qditates ſbarũ entiũ ꝙ recedat a nobis cognitio nãruꝫ eaꝝ. ſcꝫ entiũ exñtiũ p ſe: q2 oẽs ↄueniũt in hoc qđ appellant eas ſbas. ¶ D. d. motus ãt ⁊ paſſiones ⁊c. i. ⁊ iſta exiſtimant̃ eẽ ſbe: q2 illa que ſunt preter iſta. V.g. motus: ⁊ accñtia: ⁊ relationes: ⁊ diſpoſitiones manifeſtum eſt ꝙ non notificãt ſbas entiũ. ſ. que vocant̃ ſubſtantie: ⁊ intendit per paſſiones qualitates attributas ſenſibus. V.g. calorẽ ⁊ frigus: ⁊ per diſpõnes moduꝫ qualitatis que dr̃ diſpoſitio ⁊ habitus: per dictiones aũt fortes intẽdebat intellecta. ¶ D. dedit cauſaꝫ ppter quã oẽs cõueniunt in hoc ꝙ iſta non ſunt ſbe: ⁊. d. q2 oẽs dicunt̃ ⁊c. i. q2 oĩa iſta ſunt in hoc indiuiduali qđ eſt indiuiduũ ſubſtãtie: ⁊ nulluꝫ eoꝝ dicit̃ ex hoc. Deinde. d. illud aũt qđ exiſtimat̃ ⁊c. i. illud aũt qđ vr̃ eſſe ſm exiſtimationẽ ſubſtãtia entiũ cõpoſitoꝝ indiuidualiũ ſunt qttuor elemẽta: ex quibus cõponunt̃ ſubſtãtie ſenſibiles: ⁊ intẽdit ꝙ iſta vident̃ eſſe ſbe cõpoſitoꝝ ſm naturã nõ ſm illud qđ dr̃ in rñſione ad qd. ¶ D. d. corpus võ eſt illđ qđ terminat̃ ⁊c. i. qñ diffiniunt̃ iſta accidentia corpus determinat naturã eoꝝ. ſ. ꝙ eſt de diffõnibus eoruꝫ q. drie eoꝝ ſunt determinãtes naturã entis ⁊ diſtinguẽtes ipſum ab alijs. ¶ D. d. ſed corpus eſt minus ⁊c. i. ſed cũ feceris cõparationem inter iſta videbis ꝙ corpus eſt minoris ſbalitatis qꝫ ſuperficies: ⁊ ſuperficies qꝫ linea: ⁊ linea qꝫ punctus. D. d. cauſam in hoc: ⁊. d. corpus enĩ poſt iſta inuenit̃ in diffinitione: q2 corpus diffinit̃ ꝙ eſt illđ qđ eſt diuiſibilẽ in tres ſupficies: aut illud qđ cõtinet̃ a ſuperficie: aut ſupficiebus: ⁊ ẽt q2 iſta vident̃ priora corpe nãliter: ⁊ innuit modũ prioritatis ſꝫ ↄñtiã: aut intẽdit vt corpus. Impoſſe enĩ eſt vt itelligat̃ ſine ſupficie. ſupficies aũt ipoſſe eſt vt intelligat̃ ſine corpe. ſilr̃ eſt de linea cũ ſuperficie: ⁊ de puncto cuꝫ linea. ¶ Et cũ dedit rationes ſufficiẽtes ꝙ corpus eſt ſba abſqꝫ ſuperficiebus ⁊ lineis. d. ⁊ ideo exiſtimãt antiqui phoꝝ ꝙ ſba ⁊ ens eſt corpus: ⁊ ꝙ alia non diffiniunt̃ per diffõneꝫ corporis ⁊c. i. q2 opinati ſunt ꝙ corpus eſt ſubſtãtia crediderũt ꝙ pncipia corpoꝝ ex quib⁹ cõponunt̃ ſunt corpa que ſunt pncipia oĩuꝫ entiũ. ſi enĩ corpa ſunt pncipia. g⁰ pncipia corpoꝝ ſunt pncipia entiuꝫ. ¶ D. d. alij võ qui reputabant̃ ⁊c. i. illi aũt q reputabant̃ ſapientiores iſtis dixerũt ꝙ ſba ſm hanc cõſiderationẽ debet eſſe numeri. ſ. q2 ſunt priores in imaginatiõe alijs entib⁹: ⁊ q2 ſunt pores nãliter: ⁊ q2 ſunt ſicut magis liberati a mã qꝫ corpus. ¶ D. d. ſicut igitur diximus ⁊c. i. cõtingit igit̃ ſm hunc ſermonẽ ſi iſta non fuerint ſbe exiſtimari nullã eſſe ſbam oĩno entiũ: impoſſe enĩ eſt vt poſteriora ab iſtis ſubſtãtijs. ſ. accidẽtia ſint ſubſtãtie alicuius eoꝝ: de quibus oẽs cõueniunt vt ſint ſubſtãtie ſenſibiles. ¶ D. dedit dubitationẽ ſup hoc: ⁊. d. ſꝫ cũ ſit manifeſtũ ꝙ longitudines ⁊c. i. ſꝫ iſta cõſideratio facit ꝙ ſuperficies ⁊ linee ⁊ pũcta ſint ſubſtãtie: ⁊ apparet de iſtis ꝙ nõ ſunt ſbe: ⁊ ſunt priora corporib⁹ mathematicis: g⁰ corpora mathematica nõ ſunt ſbe. Ex quib⁹ igit̃ ſunt ſbe entiuꝫ. ipoſſe enĩ eſt vt ſint corpa ſenſibilia. Iſta enĩ ſunt quoꝝ ſbe querunt̃ cũ dicimus ĩ eis que ſunt ens ⁊ vnũ: ⁊ querimus enĩ que eſt iſta ſba quã ſignificat hoc nomen ens: ⁊ vnũ: ⁊ nullũ corpus eſt niſi mathematicũ: aut ſenſibile. ¶ D. d. aut forte nulla ſba eſt. i. opꝫ vt dicamus ſm hãc qõnem ꝙ cõtingit vt ſba non ſit alicuius rei. i. ꝙ cũ ſit deſtructũ ꝙ quiditates entiũ ſunt corpa recte vr̃ opinari ſm hoc ꝙ entia non ſunt: neqꝫ hñt quiditates. Et q2 declaratio ꝙ corpus mathematicũ non eſt ſubſtãtia fundat̃ ſuper hoc ꝙ longitudo ⁊ latitudo ſunt accidentia ⁊ differentie ipſius corporis. d. ⁊ etiam videmus ꝙ iſta ⁊c. idest ⁊ declarat ꝙ corpus mathematicum

Nullũ corpus eſt niſi mathematicũ: aut ſenſibile cõtra ponẽtes corpus metaphyſicũ.

eſt accidēs φ diffinitio corporis ꝯſtituit̃ ex tribus dimēſionib⁹: ⁊ videmus cū hoc φ dimēſiones ſunt corpori. q. figure. ſ. differētie ei⁹. ℂ D. declarauit hoc. ⁊. d. corpus eniȝ neceſſe eſt vt habeat aliquā figuram ⁊c̄. i. figura eniȝ taleȝ hȝ diſpōneȝ de corpe ſicut dimēſio in hoc φ corpus nō pōt denudari ab eis niſi corrūpatur: ſicut eſt diſpoſitio ꝺ differentia rei ſubſtātiali. ℂ D. dedit exēplum ⁊ dixit. V. g. qm̄ ſi fuerit poſſibile ⁊c̄. i. qm̄ ſi figura nō fuerit ſubſtantialis corpori poſſe erit vt figura propria auferat̃ ⁊ remaneat res. V. g. vt figura hoīs auferat̃ ⁊ remaneat homo: aut figura idoli mercurij. i. remanente idolo mercurij. Et ſi eſſet poſſe vt figura propria rei auferretur: tūc poſſe eſſet vt ſemifigura rei auferret̃ remanente tota figura: ⁊ hoc intēdebat cuȝ. d. poſſibile eſt vt ſemifigura grādinis ſit in tota figura grādinis. ℂ Et dedit exēpluȝ de tunica: q꞉ tunica eſt de rebus que nō habēt hoc nomen niſi ſm̄ figuraȝ habēdam. Figura igit̃ eius eſt differētia eius q̄

Cōſiſteȝ modū arguendi. vide ꝑ phy. cō. 29

diſtinguit eam ab alijs indumētis. ℂ Et intēdit declarare ex hoc capitulo φ cū poſuerimus φ dimēſiones ſunt accidētia: tunc corp⁹ erit accidens: ⁊ ſi poſuerimus φ corpus eſt ſubſtātia: tunc iſta erūt ſubſtantie. ℂ D. d. ⁊ cū hoc qꝺ diximus ⁊c̄. i. ⁊ cū iſtis inopinabilib⁹ contingentibus huic poſitioni. ſ. corpora eſſe ſubſtātias: accidūt eniȝ talia inopinabilia ex apparētibus in rebus generabilib⁹ ⁊ corruptibilibus. ℂ D. d. exiſtimāt eniȝ φ ſubſtātia ⁊c̄. i. exiſtimat̃ eniȝ ⁊ ponit̃ ⁊ eſt cōceſſuȝ ab oībus φ ſubſtātia generat̃ ⁊ corrūpit̃: ⁊ accidunt ei paſſiones apud generationē ⁊ corruptionē. ſ. φ cū generat̃ fit ſubſtātia que nō fuit: ⁊ cū corrūpit̃: corrūpit̃ illud qꝺ fuit. D. d. pūcta autē

Vide ꝑ ca. ꝺ ſb̃a orbis

⁊ linee ⁊c̄. i. pūcta aūt ⁊ linee ⁊ ſupficies nec generant̃ nec corrūpuntur: neq꞉ ſunt qn̄q꞉ ⁊ qn̄q꞉ nō: cū linea nō corrūpit̃ in nō lineaȝ: neq꞉ generat̃ ex nō linea: ⁊ ſimil'r eſt de corporib⁹. ℂ D. incepit declarare hoc: ⁊. d. corpora eniȝ cōtinua ⁊ diſcreta ⁊c̄. i. ⁊. d. φ nihil corrūpitur niſi corruptio cōtingat. i. ⁊ nō oīs cōpō ē gnātio: neq꞉ oīs diſſolutio ē corruptio vt qdā antiquoꝝ dicūt. ſ. φ ꝯgregatio ē gnātio: ⁊ ſegregatio corruptio: ſȝ gnātum eſt illud in quo fit ſb̃a q̄ nō fuit: ⁊ corruptuȝ eſt illud ex quo corrupta eſt ſb̃a que fuit. D. d. ⁊ ea que diuidunt̃ nō ſunt ſine generatiōe. i. ea que diuidunt in partes nō cōuenientes ſm̄ nomē ⁊ diffōnē nō ſunt ſine generatiōe: ⁊ q꞉ accidit ei in hac intētiōe punctus: pūctus eniȝ nō diuidit̃ ⁊ nō hȝ gnātionē: ⁊ dixerūt ēt φ illꝺ qꝺ diuidit̃ in talia ſemp ſm̄ nomē ⁊ diffōnē nō hȝ gnātionē. d. ⁊ illa que nō diuidunt̃ ex re diuiſibili nō ſunt ſine generatiōe. minima. n. priuȝ corporis ſenſibilis que nō diuidit̃ ſm̄ φ eſt illud corpus eſt compoſita. ℂ Verbi gratia. φ minima pars ignis eſt cōpoſita ex materia ⁊

Mīma ps ignis ē cōpoſita ex mā ⁊ fõa.

forma. ℂ D. d. punctus autem ſi nō diuidit̃ ⁊c̄. i. punctus auteȝ ſi eſt indiuiſibilis nō generabit̃: cum punctus nō diuidit̃ in duo puncta: ergo non hȝ generationē: q꞉m̄ ſi haberet generationē eſſȝ cōpoſitus. ⁊ hoc intēdebat cum. d. eſt neceſſario ex aliquo illud. i. ⁊ cum pūctus generatur ⁊ corrūpitur neceſſario: generatur ex aliquo: ⁊ ſic erit diuiſibilis quod eſt impoſſibile.

ℂ Omnino vero dubitabit aliq̄s: quare ⁊ opꝫ querere alia quedā preter ſenſibilia ⁊ intermedia: vt quas ponimus ſpēs. Nam ſi ideo q꞉ mathematica a pn̄tib⁹ in aliquo quodā differūt: ineſſe vero plura ſil'is ſpēi nihil differunt. Quare nō erūt ipſoꝝ pricipia numero determinata. Queadmodū ⁊ pn̄tiū litteraꝝ numero quidē omnium nō ſunt pricipia determinata: ſed ſpecie. Si vero ſumat huius q̄s ſil'e aut huius vocis harū erūt ⁊ numero determinata. Simil'r aūt ⁊ ītermedijs. Infinita nāq꞉ ſunt ⁊ illic que eiuſdē ſpeciei. Quare ſi nō ſunt ꝑter ſenſibilia ⁊ mathematica alia q̄dā qualia dicūt ſpēs ipſas q̄daȝ: nō erit vna numero ⁊ ſpē ſubſtātia. Nec pricipia entiū numero erunt quāta aliqua: ſȝ ſpecie. Ergo ſi hoc eſt neceſſariū: ⁊ ſpēs eſt neceſſariū ꝓpter hoc eē. Etenī ſi nō bene dearticulāt dicētes: ſȝ hoc eſt qꝺ volūt ⁊ hoc ipſos neceſſe dicere: q꞉ ſpecierum vnaqueq꞉ ſubſtantia quedā eſt: ⁊ nihil ſm̄ accidēs. At vero ſi ponimus ſpēs eſſe ⁊ vnū numero pricipia ⁊ nō ſpecie: diximꝰ que cōtingere neceſſe eſt īpoſſibilia.

ℂ Et rectū eſt querere de q̄ōne difficili quare querēde ſunt alie ſubſtātie a ſenſibilibꝰ: ⁊ a medijs. ſ. forme q̄ fingunt̃ eſſe. Si eniȝ q̄rimꝰ iſtas ſubſtātias ꝑ hoc. ſ. φ mathematica diſtiguunt̃ a ſenſibilibꝰ per aliud ⁊ nō diſtinguunt̃ ab eis ꝑ hoc φ ſunt multe forme: ſicut iſte forme: manifeſtū eſt φ pricipia iſtoꝝ nō erūt terminata in numero: queadmodū pricipia qualitatis q̄ ſunt hic nō ſūt terminata ī numero. Principia. n. cuiuſlibet qualitatis nō ſunt terminata in nūero: ſȝ forma: niſi pricipia l'r̃e cōpoſite ex duabꝰ l'r̃is: aut pricipia vocis cōpoſite ex duabus vocibꝰ. Pricipia. n. iſtius l'r̃e ſunt termīata forma ⁊ numero. ⁊ ſil'r erit ēt in rebus medijs. Si igit̃ nō fuerint alie ſubſtātie alie a ſubſtātijs ſenſibilibꝰ: ⁊ a ſubſtantijs mathematicis: ſicut quidā dicūt: manifeſtū eſt formā nō eſſe. Sȝ ſi cōceſſerimꝰ formas eſſe ⁊ principia eſſe terminata numero nō forma: iam narrauimꝰ qꝺ contingit ex hoc neceſſario: ⁊ qꝺ eſt impoſſibile omnino.

ℂ Et querēdū eſt qua de cā fuit nece īpoſitiōe cū ſubſtātijs ſenſibilibus ⁊ mathematicis q̄s vocāt medias ſb̃as q̄s dicūt formas. Cā enī 18
ꝑ quā fuit neceſſe formas medias ponere / manifeſta eſt: ⁊ eſt q꞉ nos

videmus mathematicas formas differre ſm diſtõnē a formis ſenſibilibus. ¶ Et hoc intēdebat cū.d.qm̄ ſi querim⁹ ⁊c.D.d.⁊ nō diſtinguiť ab eis ⁊c.i.⁊ iſti nō ponūt iſta media diſtincta a reb⁹ ſenſibilib⁹; ita ꝙ vnūqdq; eoꝝ ſit vnū numero tm̄:ſicut ponūt faciētes formas: ſ; diſtinguunť ab eis ſm ꝙ ſunt ſilia eis.ſ.multa ſm formas:⁊ multa ſm numerū.D.d.manifeſtū eſt igiť ⁊c.i.⁊ dicere formas eſſe ꝯtingit ex eo vt principia rerū q̄ ſunt hic ſint determinata numero.i.diuerſa numero tm̄ ⁊ nō forma:⁊ hoc intēdebat cū.d.manifeſtū eſt igiť p ſe ꝙ res q̄ ſunt hic diuerſe numero ⁊ forma ſunt diſpō in qualitate.i.manifeſtū eſt igiť p ſe ꝙ ſunt res tales. ¶ Et hoc intēdebat cū.d.que ſunt hic:q: ſunt diuerſe forma ⁊ numero:ſicut lr̄e cōpoſite ex lr̄is: ⁊ voces cōpoſite ex vocib⁹;q: neceſſe eſt vt principia iſtoꝝ ſint diuerſa numero:⁊ ſic ponunt media dicentes ea.ſ.diuerſa numero ⁊ forma: ⁊ hoc intendebat cū.d.⁊ ſic erunt in rebus medijs. ¶ Deinde dicit.ſi igiť nō fuerint ſbe alie ⁊c.i.⁊ cum determinatu; eſt ex hoc ſermone ꝙ nō ſunt niſi due ſbe ſenſibilis ⁊ mathematica;manifeſtū eſt ꝙ forme nō ſunt.D.d.ſ; ſi ꝯceſſerim⁹ ⁊c.i.iā narrauim⁹ qđ accidit ex hoc ď impoſſibili qōne de qua pſcrutati ſum⁹ vtrū ſit vna numero aut forma.

Utrū pricipia ſint in potētia. ¶ His aūt affine eſt q̄rere:vtrū poteſtate ſunt elemēta aut alio aliquo modo. Na; ſi alr aliqua lr pri⁹ erit aliqd principijs aliud. Prior.n.erit ptās cā illa. Poſſe aūt nō neceſſariū ē illo mō ſe habere. Si vero ptāte ſint elr̄nta nihil entiu; eſſe cōtingit. Nam poſſe eſt eſſe qđ nōdum eſt ens. Fit eni; nō ens. Nihil aūt fit impoſſibiu; eē. Has igiť dubitatiōes neceſſariū eſt dubitare de pricipijs.

Nihil ipoſſibile fit.

¶ Et aſſimilať iſtis qōnibus dictis iſta queſtio:vtꝝ elemēta ſunt potētia:aut alio modo. Si igiť alio mō: qūo eſt poſſe vt aliqđ ſit ante elr̄nta: ⁊ ſunt pricipia. Potētia eni; eſt ante illā aliā cām. Illud.n.qđ nō h; potētiā nō eſt ante potētiā neceſſario. Si aūt elr̄nta ſunt potētia:tūc poſſe erit vt elr̄nta nō ſint aliqđ entiū. Illud.n.qđ h; potētiā vt ſit:nōdū ē. Et nō fit niſi illđ qđ nō h; eē: ⁊ nihil erit qđ nō h; potētiā:vt ſit. He igť qōnes ſunt difficiles: de quib⁹ pſcrutādū eſt in cognitōe principioꝝ.

¶ Et aſſilať ⁊c.querit vtrū elemēta prima ⁊ principia oīum entium
19 ſint potētia aut actu:⁊ hoc itēdebat p aliū modū. ¶ D.d.ſi igiť alio modo ⁊c.i.ſi igiť elemēta ſunt actu hn̄t elemēta.potētia.n.eſt ante actū.i.illud qđ eſt in potētia aliqđ eſt ante illud qđ eſt in actu illud qđ:⁊ ſic elemēta habebūt elemēta. ¶ D.d.illud aūt qđ nō h; potentiam ⁊c.i.illud aūt in quo nō eſt potētia vt ex eo fiat aliqđ: ⁊ nihil fit ex eo qđ ſit in potētia oīno:quapp nō erit elemētu; alicui⁹ rei aliquo modo. ¶ Et abbreuiatio eius eſt ꝙ ſi elemēta ſunt actu ſ; ꝙ ſunt elemēta:⁊ fuerit potētia prior eis/cū ſint in actu;cōtingit ꝙ elemēta hēāt elemēta:⁊ ſi potētia nō fuerit prior eis:non erit in eis potentia oīno ad aliqđ:⁊ ſic nō erit elemētu; alicuius rei. ¶ Et cu;.d.impoſſe cōtingēs poſitioni elemētoꝝ in actu:incepit dicere etiā qđ cōtingit poſitioni eoꝝ in potētia:⁊.d.ſi aūt elemēta fuerint potentia ⁊c.i.poſſe eni; erit vt oīa entia que ſunt actu deſtruanť: ⁊ nihil remaneat niſi illud qđ eſt in potētia. D.dedit cām in hoc ⁊.d.illud eni; qđ h; potētiam ⁊c.i.illud eni; qđ eſt in potētia eſt aliud quid in actu cum eſt in potentia impoſſe eſt vt illud ſit in actu. Actus enim ⁊ potentia ſunt cōtraria. D.d.⁊ nō fit niſi illud qđ nō h; eſſe.i.⁊ nō fit niſi illud qđ non habet eſſe in actu:⁊ nihil fit qđ nō h; potentiā vt fiat.



Act⁹ ⁊ potētia ſunt cōtraria.

¶ Et vtrū vlr̄ia ſint aut vt diximus ſingularia. Nā ſi vlr̄ia nō erūt ſubſtātie. Nihil.n.cōiu; hoc aliqđ ſignificat: ſ; quale:ſubſtātia vero hoc aliqđ eſt. S; ſi eſt hoc aliqđ:⁊ poniť qđ cōiter p̄dicať:mlr̄ta erit aīalia Socrates:ipe q; hō ⁊ aīal:ſi ſignificat vnūqđq; hoc aliqđ ⁊ vnum. ¶ Si igiť vlr̄ia ſunt principia/hec cōtingūt. Si aūt nō vniuerſalia:ſ; quaſi ſingularia/nō erūt ſcibilia. Ulr̄es enim ſunt oīu; ſciētie. Quare erūt pricipia diuerſa priora principijs vlr̄ predicata:ſi futura eſt eſſe eorū ſciētia.

Utrū pricipia ſint vniuerſalia aut ſingularia. Negatiue.

In oppoſitum.

¶ Et etiā perſcrutādū eſt vtrum principia ſint vlr̄ia: aut pticularia. Si vlr̄ia/nō ſunt ſubſtātie: cōia.n.nō dicūtur eē hoc ſingulare. Si igiť p̄dicabile de reb⁹ diciť mō cōi qđ eſt hoc: tunc Socrates erit multa aīalia.ſ.Socra.⁊ homo/⁊ aīal:qm̄ vnūqđq; eoꝝ ſignificat ꝙ eſt hoc vnū. Iſta igiť accidētia accidūt ſi principia fuerint vlr̄ia. Si aūt nō fuerit vlr̄ia ⁊ fuerint ſicut principia exēplaria pncipioꝝ particulariū:tūc ſcitū nō habebit eē. Sciētie.n. omniū ſunt vlr̄es. Manifeſtū eſt igiť ꝙ ſi fuerit poſſe vt iſta principia cognoſcanť ꝙ alia pricipia ſunt vlr̄ia ante particularia que predicanť de particularibus.

¶ Et etiam perſcrutandū eſt vtrū principia ſint vlr̄ia aut pticularia:
ſi autē vlr̄ia nō erūt ſbe. Uniuerſalia.n.ſunt cōia:q: ſunt in plurib⁹: 20
⁊ cōe nō eſt hoc ſingulare qđ eſt ſba:ſ; eſt exēplar huic ſingulari.ſ.forme cōis eis:⁊ oīb⁹ indiuiduis hn̄tibus illa; formā. Subſtātia aūt diciť eē hoc ſingulare qđ cōcludiť in ſcđa figura ꝙ ſba nō eſt vlr̄e. ¶ D.dicit.ſi igiť diciť predicabile ⁊c.i.ſi igitur vniuerſale eſt cōe ſm ꝙ eſt ſingulare exiſtēs in pluribus:tunc Socrates erit cōpoſitū ex multis animalibus:in Socrate enim erit humanitas exiſtens in omnibus hominibus q: eſt hoc ſingulare in numero:⁊ ſic Socra.⁊ omnia indiuidua hominis erunt compoſita ex vna re: ⁊ ſimiliter erit compoſitus cu; omnibus aīalibus. Animalitas eni; hec indiuidualis exiſtit

Cōe nō eſt ſingulare: ſ; eſt exemplar oībus ſingularibus hn̄tib⁹ illā formā. Idē.12.meta.cō.4.⁊ que ibi.

in oībus indiuiduis animaliū: aut indiuidua aīaliuꝫ exiſtunt in ea. Iſte igit̄ q̄ōnes accidūt ſi principia fuerūt vniuerſalia. ℂ B.d.ſi aūt nō fuerint vniuerſalia ꝛc̄.i.ſi aūt nō ponant̄ hic eſſe vl̄ia entia cōtingit vt ſciētie neceſſarie nō ſint: ꝛ hoc mouit Platonē ad dicēdū formas eſſe. B.d.ſciētie.n.oīum ſunt vl̄es: ꝛ intēdit ſciētias ſpeculatiuas neceſſarias. ℂ B.d.manifeſtū eſt igit̄ ꝛc̄.i.ꝛ cū neceſſe eſt vt p̄ncipia particularia cognoſcant̄ nō generabili cognitione: neqꝫ corruptibili: neceſſe eſt hic eſſe pricipia vl̄ia ante particularia.

ℂ Explicit Liber Tertius.

## ℂ Ariſto. Liber Quartus prime ph̄ie incipit.

ℂ Summa Quarti Libri habet̄ ab Auer. in principio cōmēti primi Et prima durat vſqꝫ ad tex. ſeptimum.
ℂ Sc̄ōa vero incipit in ſeptimo ꝛ vadit vſqꝫ in finē libri ꝛc̄.

ESt autē ſc̄ia quedaꝫ que ſpeculat̄ ens inq̄ꝫtū ens: ꝛ que huic inſunt ſ̄ꝫ ſe: hec aūt nulli in p̄te dictarū eadē eſt. Aliaꝝ.n.nulla itēdit vl̄r de ente inq̄ꝫtū ens: verū partē ei⁹ abſcidētes aliquā circa hāc ſpeculant̄ ip̄m accidēs: velut ſciētiaruꝫ mathematice: q̄m aūt principia ꝛ extremas q̄rim⁹ cās: palaꝫ q꞉ nāe cuiuſdā ipſas ſ̄m ſe eſſe neceſſe eſt. Si ergo ꝛ entiū elemēta querētes hec q̄ſierūt pricipia: neceſſe ꝛ entis elemēta eſſe nō ſ̄m accidēs: ſꝫ inq̄ꝫtū entia. vnde ꝛ nobis entis inq̄ꝫtū eſt ens prime cāe ſunt accipiēde.

ℂ Unius quidē ſc̄ie ſciētiaꝝ eſt cōſideratio de ente: ꝛ ꝺ rebus que ſunt entis p̄ ſe. Et iſta ſc̄ia nō eſt vna earuꝫ q̄ dicunt̄ p̄ticulares q̄m nō eſt alicui⁹ ſc̄ie p̄ticularis ꝯſideratio de ente vl̄i. Sꝫ ſc̄iarū particulariū eſt ꝯſideratio ꝺ accidēti q̄ȯ accīt alicui parti p̄tiū entis diuiſe ab eo: ſicut faciūt ſc̄ie mathematice. Si igit̄ q̄ȯ principioꝝ ꝛ cāruꝫ vltimaꝝ eſt a nobis: manifeſtū ē q̄ neceſſe eſt vt iſta p̄ncipia ſint ſicut pricipia alicui⁹ nature p̄ ſe. Et cuꝫ q̄ſierūt iſta principia illi qui querebant elementa entis: neceſſe eſt vt nō ſint elemēta entis modo accidētali: ſꝫ ſint eſſentialiter. ꝛ iō opꝫ nos querere cās que ſunt in ente.

ℂ Iſte



a Diſputare contra negantes primas propoſitiōes ꝛ cōtra deſtruētes ſcire ſpectat ad dominum iſtius artis. Uide idem.3.celi cōmen.4.
b Prima ph̄ia conſiderat de nobiliſſima cauſaruꝫ.ſ.de primo fine ꝛ forma prima. Idem.3.meta.cōmē.3. Et.12.meta.cōmē.6.ꝛ in prologo ſuo ſuper primo phyſi.
c Sciētie mathematice ſunt de numeris ꝛ magnitudinib⁹: ꝛ ſc̄ia nāl̄is eſt de ente mobili ſ̄ꝫ q̄ ē mobile: ſꝫ vide opp̄m 12.met.cō.5.vbi.d.q̄ eſt de corpe mobili.ꝛ in p̄logo p̄mi ph.dixit q̄ eſt de rebus ſenſibilibus tāq̄ ꝺ lib̄ro.

1 Iſte tractatus cōtinet duas p̄tes. ¶ Prīa igitur eſt in diffiniēdo ſ̄bm iſtius artis ꝛ accidētia ꝛ cās ei⁹: ꝛ vl̄r in reb⁹ logicis que appropriant̄ huic ſc̄ie. ¶ In ſc̄ōa aūt diſputat cum ſophiſtis qui negāt p̄mas p̄pōnes a ꝛ deſtruūt ſcire: p̄ius declarādo q̄ dn̄s huius artis dꝫ diſputare cū iſtis. Quia igit̄ intētio eius eſt loq̄ ꝺ mō cōſiderationis iſtius artis: ꝛ iaꝫ p̄ſcrutat⁹ eſt in tractatu p̄cedēti ꝺ ſc̄ia que d̄r ph̄ia: que ſc̄ia ſit. ℂ Et.d.q̄ ſi ſc̄ia oīuꝫ cauſaꝝ eſt vna: illa ſc̄ia dꝫ dici ph̄ia. B.declarauit q̄ ꝯſideratio de cauſis oīum entiuꝫ nō eſt vnius ſcientie cum entia ſint diuerſa: q̄m in quibuſdaꝫ inueniūtur ꝺ cauſis.iiij.q̄ nō inueniunt̄ in q̄buſdaꝫ: hoc eniꝫ eēt poſſibile ſi entia eēnt vnū genus. ℂ B.induxit ipſe ſermonē q̄ ph̄ia forte b eſt illa q̄ cōſiderat de nobiliſſima cauſaꝝ.ſ.de p̄mo fine ꝛ forma p̄ma. incepit in hoc tractatu declarare hoc ſ̄m demonſtrationē ꝛ declarationem perfectā. ℂ Et.d.vnius quidē ſciētie ꝛc̄.i.dicamus igitur q̄ manifeſtum eſt p̄ ſe hoc eſſe aliquā ſc̄iam que cōſiderat de ente inquantū eſt ens: ꝛ de accidētib⁹ eſſentialib⁹ enti in eo q̄ȯ eſt ens. B.d.ꝛ iſta ſc̄ia ꝛc̄.i.ꝛ apparet q̄ iſta cōſideratio nō eſt alicuius ſc̄ie ſciētiaꝝ particulariuꝫ. Manifeſtū eſt.n.q̄ nō eſt alicuius ſciētie ſciētiarū particularium cōſideratio de ente ſ̄m q̄ eſt ens: ſed tm̄ eſt ſciētiaꝝ particularium cōſideratio de accidētibus: que accidūt alicui parti partium entiuꝫ: accipiēdo illam partē quaſi diſtinctam ab ente: ſicut faciunt ſcientie mathematice c que accipiūt numeros ꝛ magnitudines diſtinctos ab ente. ꝛ cōſiderat de eis ꝛ ſuis accidētibus eſſentialib⁹. Et ſil̄r ēt ſciētie nāles cōſiderāt de quadā parte entis.ſ.de ente mobili ꝛ de accidētibus eēntialib⁹ eidem ſ̄m q̄ eſt mobile ꝛ de motu. B.d.ſi igitur inquiſitio p̄ncipioꝝ ꝛc̄.i.ꝛ cū manifeſtū eſt q̄ nos querim⁹ in hac arte principia vltima que ſunt principia ſimpl̄r: manifeſtū eſt q̄ querēduꝫ eſt iſta p̄ncipia iſtoꝝ p̄ncipioꝝ ſenſibiliū ſ̄m iſtū modū ſ̄m quem querim⁹ principia nature exiſtētis per ſe. ℂ Et intēdit q̄ p̄ncipia ſimpl̄r debēt queri de entib⁹ que ſunt ſimpl̄r: ꝛ ſi acciderit q̄buſdam vt ſint ſenſibiles nō ſimplices: tunc nō querūtur iſta eis principia d niſi ſ̄m q̄ ſunt entia ſimpl̄r nō ſ̄m q̄ ſunt entia. U.g. mobilia aut mathematica. ℂ Deinde.d.ꝛ cū queſiuerit iſta pricipia ꝛc̄.i. e p̄p hoc q̄ȯ diximus q̄n antiqui querūt principia prima entiuꝫ ſ̄m q̄ ſunt entia: ꝛ non querunt ea entium que ſunt huiuſmodi: tūc queſtio eoꝝ hominū in cauſis eſt accidentaliter. ℂ Et intēdit q̄ cum queſiuerunt cauſas entis ꝛ nō queſiuerunt cauſas entium tranſmutabilium. U.g. tūc q̄ȯ eoꝝ fuit eēntialis: ꝛ ſi quererent cās entiuꝫ proprioꝝ: tunc eſſet q̄ȯ accidētalis.

d Si acciderit vt in metaphyſica ꝺ ſenſibilibus principia querant̄ hoc non eſt inquātū ſenſibilia ſꝫ inquātū entia. Idē.6.me.cō.p̄.ꝛ.12.met.cō.5.ꝛ 6.ꝛ.7.met.cō.9.ꝛ p̄mo met.cō.15.ꝛ 18.ꝛ.2.ph.cō.21.

e Ex hoc ſumitur metaphyſicū nō conſiderare q̄ditates reruꝫ in particulari. vide pro hoc p̄mo ph.cō.11.ꝛ que ibi.

ℂ Ens aūt multis modis dicitur: ſed ad vnū: ꝛ ad vnā aliquam naturam: ꝛ non equoce. Sed e queadmoduꝫ ſalubre omne ad ſanitatem: hoc quidem in cōſeruatiōe

aliud vero in actiõe: aliud vero q² eſt ſignũ ſanitatis: hoc aũt q² illius eſt ſuſceptibile: ⁊ medicabile ad medicinã. Hoc eniȝ in habendo medicinam dicitur medicabile: illud vero in exiſtẽdo bene natuȝ ad ipſam: ⁊ aliud per actus medicatiue. Similiter autẽ ⁊ alia ſumemus his dicta. Ita vero ⁊ ens multipliciter dicitur quidem: licet omne ad vnum principiũ. Hec q² ſubſtantie entia dicuntur: illa vero q² paſſiones ſubſtãtie: alia vero q² via ad ſubſtantiam: aut corruptiones: aut priuationes: aut qualitates: aut effectiua: aut generatiua ſubſtantie: aut ad ſubſtantiam dictoruȝ: aut horum cuiuſdam negationes: aut ſubſtantie. Quapropter ⁊ non ens eſſe non ens dicimus. Queãdmoduȝ ergo ⁊ ſalubri omniuȝ vna eſt ſcientia: ita hoc ⁊ in alijs. Non enim ſolum eorum que ſm̃ vnum dictoruȝ eſt vnius ſcientie ſpeculari: ſed ⁊ dictorum ad vnam naturaȝ: etenim hoc modo quodam ſm̃ vnum dicuntur. Palam ergo quia ⁊ entia vnius eſt ſcientie ſpeculari inquantum entia. Vbiq; vero proprie primi eſt ſcientia: ⁊ ex quo alia pendent: ⁊ ꝓpter qđ dicũtur. ergo ſi eſt hoc ſubſtãtia ſubſtãtiarũ: oportet principia ⁊ cauſas habere pħm. Omnis aũt generis vni⁹ ſenſus eſt vnus atq; ſcientia: vt grãmatica vna ens omnes ſpeculatur voces. Quapropter ⁊ entis inquantuȝ ens quaſcunq; ſpecies ſpeculari vnius eſt ſcientie genere: ſpecies auteȝ ſpecierum.

Nõ ſolũ eorum que ſm̃ vnũ dictoꝝ eſt vni⁹ ſcie ſpeculari: ſȝ ⁊ dictoꝝ ad vnaȝ nãm.

Oĩs generis vni⁹ ſenſus eſt vn⁹.

¶ Ens igitur dicitur multipliciter: ⁊ nõ dicit̃ equiuoce ſed attribuitur vni rei: ⁊ vni nature: ſicut omne ſanans attribuitur ſanitati. Quoddã enim dicitur ſanuȝ: q² conſeruat ſanitatem: quoddam autẽ ſic: q² facit ſanitatem: ⁊ quoddam q² ſignificat: ⁊ quoddam q² recipit. ⁊ ſimil̃r eſſe medicum medicine. Quoddaȝ eniȝ dicitur medicũ q² acquirit medicinã: ⁊ quoddaȝ q² conuenit medicine: ⁊ quoddaȝ q² eſt actiuum medicine. Et ſm̃ hunc modum poſſibile eſt nobis inuenire res que attribuuntur vni rei ſicut iſta que diximus. Et ſimiliter etiaȝ ens dicitur multis modis: ſed omnes illi modi attribuuntur vni rei. Quedam eniȝ dicunt̃ entia q² ſunt ſubſtantie: ⁊ quedam etiã q² ſunt paſſiones: ⁊ quedam accidentia: ⁊ quedaȝ q² ſunt vie ad ſubſtãtiam: aut ad relationeȝ: aut q² ſunt nõ ens: aut qualitates: aut agentes: aut faciẽtes ſubſtantiã: aut aliud eorũ que dicunt̃ eſſe in ſubſtantia: aut q² negant aliquod iſtoruȝ accidentiuȝ: aut ſubſtãtia. Et ſimil̃r dicimus ẽt de eo qđ nõ eſt ens vnũ qđ nõ eſt ens: queãdmoduȝ igitur ſciẽtia ſanoꝝ eſt vna / ſic ſciẽtia alioruȝ ſimiliũ. Non. n. eſt vnius ſcie ꝯſideratio de reb⁹ que dñr de vno tm̃: ſed ẽt ꝯſideratio de reb⁹ q̃ attribuũtur vni nature. Iſta. n. dicunt̃ đ vnoquoq; mõ. Manifeſtum eſt igit̃ ꝙ vni⁹ ſcie eſt cõſideratio de entib⁹ vl̃r: ⁊ ſcia que eſt ſcia in rei veritate in oĩbus rebus eſt ſcia rei poris p quã cõtinuant̃ alie res: ⁊ pp quã vocant̃ ⁊ dñr. Si igit̃ h̃ p̃us ſit ſba: mãifeſtũ eſt ꝙ cognitio p̃ncipioꝝ ⁊ cãꝝ ſb̃e dȝ eẽ in pħo: ⁊ vnũqđq; gen⁹ hȝ vnã ſciaȝ. V. g. ſcia vocis eſt vna: ⁊ dȝ ꝯſiderare in oĩb⁹ vocib⁹. Et iõ dicim⁹ ꝙ ꝯſideratio de oĩbus formis entis vl̃r eſt vni⁹ ſcie ſm̃ gen⁹: forme aũt ſunt forme formaꝝ.

¶ Cum auteȝ declarauit ꝙ vna ſcientia debȝ cõſiderare de ente ſm̃ ꝙ ens eſt: vult declarare ꝙ hoc nomen ens non eſt equiuocum: ſi 2
eniȝ eſſet equiuocũ non cõſideraret de eo vna ars. ¶ Et. d. ⁊ ens dicitur multis modis ⁊c̃. i. ⁊ nomẽ ens dicit̃ multis modis: ⁊ nõ equiuoce ſicut canis qui dicit̃ de latrabili ⁊ marino: neq; vniuoce: vt animal de homine ⁊ aſino: ſed eſt de nominib⁹ que dicunt̃ de rebus attributis eidem: ⁊ ſunt media inter vniuoca ⁊ equiuoca. ¶ Et hoc intendebat cum. d. ſed attribuit̃ vni rei ⁊c̃. i. ⁊ iſta que attribuunt̃ eideȝ nõ attribuunt̃ eodeȝ modo: ſed modis diuerſis: ⁊ quedaȝ attribuunt̃ eodem mõ: ſed diuerſant̃ ſm̃ magis ⁊ minus. ſicut hoc nomẽ ſubſtantia que dicit̃ de formis ⁊ de indiuiduo. ¶ Et q² ſana attribuũtur ſanitati modis diuerſis: ſicut nouem predicamẽta attribuunt̃ ad eſſe: q² ſunt in vero ente qđ eſt ſubſtantia modis diuerſis: incepit notificare diuerſitatẽ modoruȝ qui inueniuntur in talibus nominibus ad demonſtranduȝ ꝙ ita eſt de hoc nomine ens cum ſubſtantia ⁊ cum alijs predicamentis. ¶ Et. d. quoddam eniȝ dicitur ſanum ⁊c̃. i. quedam eniȝ dicunt̃ ſana: q² attribuunt̃ ſanitati hoc modo. ſ. q² conſeruant ſanitatẽ: ſicut dicimus ꝙ exercitiũ eſt ſanum: q² cõſeruat ſanitatem. ⁊ quedam attribuũtur ſanitati: q² faciunt eam ſicut dicimus ꝙ potio accepta eſt ſana. Et ſimiliter dicimus ſanũ ſignum qđ nunciat ſanitatẽ: ſicut dicim⁹ de creticis laudabilib⁹. Et ſimil̃r dicim⁹ ſanum

De equiuoco nõ ꝯſideratur vna ars.

illud qđ cito recipit ſanitatẽ ſicut corpus mũduʒ ab humorib⁹. ℭ Et cũ induxit ea que attribuunt̃ vni fini: induxit exempluʒ ẽt de rebus que attribuunt̃ vni agenti. Et. d. ⁊ ſimilr̃ attribuit̃ eſſe medicũ medicine. i. ⁊ ſimilr̃ oẽ adiuuans actionẽ medicine attribuit̃ medicine. ℭ Et intẽdebat per hoc declarare ꝙ attributa ei: aut attribuunt̃ eidem fini: aut eidem agenti: aut eideʒ ſubiecto: ſicut nouẽ p̄dicamenta ſubſtãtie. ℭ D. d. quoddã eniʒ dr̃ medicũ ⁊c̃. i. quoddã eniʒ di medicum: q: acquirit artem medicine. V. g. hõ medicus: ⁊ quoddã q: conuenit actioni medicine. V. g. dieta. D. d. ⁊ quedã que facit actionem medicine lʒ nõ ſit medicus. vetula eniʒ que medicabat cuʒ illa herba ſicut dicit̃ agebat actionẽ medicalẽ lʒ nõ erat medica. ℭ D. d. ⁊ ſimilr̃ ens ẽt dicit̃ multis modis; ſed illi modi attribuunt̃ vni p̄. i. ⁊ ſimilr̃ hoc nomẽ ens lʒ dicatur multis modis: tñ in oĩbus dr̃ ens: q: attribuit̃ primo enti ſubſtãtie: ⁊ iſte attributiones in vnoquoq; eorũ ſunt diuerſe. Predicta. n. attribuunt̃ a ſb̃e: nõ q: eſt agens aut finis eoꝛuʒ: ſed q: ꝯſtituunt̃ per illam: ⁊ ſb̃m eſt eoꝛuʒ: ⁊ vlr̃ nõ dicuntur entia: niſi q: ſunt diſpõnes entis: ⁊ multi hoĩes negãt ea eẽ: albedo. n. non eſt: ſed albũ. ℭ D. incepit declarare modos ſm̃ quos attribuunt̃ ſubſtãtie. ⁊. d. quedã. n. dñr ens ⁊c̃. i. quoddã dr̃ ens: q: eſt exiſtens p̄ ſe ⁊ eſt ſb̃a: ⁊ quoddaʒ dr̃ ens: q: eſt paſſio ſb̃e: ⁊ intendit per viã ad ſb̃aʒ motũ ad ſb̃aʒ: mot⁹. n. dr̃ ens: q: ẽ via ad verũ ens. ℭ Et intẽdit p̄ relationẽ: q: eſt cõpatio entis ad ens. ⁊ itẽdit relationẽ que dr̃ ens b ſm̃ ꝙ determinatũ eſt in alijs locis: ⁊ dr̃ ẽt ens illud qđ eſt priuatio entis: ⁊ hoc nomẽ ẽt ens dicit̃ mõ cõſimilitudinis. Dicit̃. n. ſb̃a illud qđ facit ſb̃am: ſicut dicẽtes hic eſſe virtutes ⁊ formas faciẽtes ſb̃am. Et ſimilr̃ dicit̃ ꝙ elemẽta ſb̃e ſunt ſb̃e: ⁊ hoc intẽdebat cũ d. aut generãtia ſb̃am. ℭ D. d. aut aliud. i. ⁊ dicit̃ ẽt ens illud qđ exiſtit in ſb̃a: ⁊ hoc vlr̃ eſt ceteris predicamẽtis. D. d. aut q: negãt ⁊c̃. i. qm̃ queadmodũ hoc nomẽ ens dr̃ de oĩbus iſtis modis: ita ẽt dr̃ de negatiõe ⁊ affirmatõe. ℭ Et intẽdebat p̄ hꝯ ꝙ hoc nomẽ ens c dr̃ de primis intelligibilib⁹ ⁊ ſecũdis: ⁊ ſunt res logice. ℭ Et cũ declarauit ꝙ hoc nomẽ ens dr̃ oĩb⁹ modis iſtis: incepit declarare ꝙ cognitio eorũ que dñr tali mõ eſt vnius ſciẽtie: ⁊. d. queadmodũ ſciẽtia vna cõſiderat de rebus attributis ſanitati. ſ. medicina: ita vna ſcĩa dʒ conſiderare de omnib⁹ attributis enti. D. d. qm̃ non eſt vnius ſciẽtie cõſideratio ⁊c̃. i. res d eniʒ que hñt vnã ſciẽtiaʒ nõ tm̃ ſunt quarũ ſb̃m eſt vnum genere: aut ſpecie dicto vniuoce. ſed quaꝝ eſſe attribuitur vni fini: aut vni agenti: aut vni ſubiecto. ℭ Et dixit hoc: q: eſt diſpoſitio entiũ. ſ. que attribuunt̃ vni fini: aut vni cõplemẽto: ⁊ hoc eſt queſitũ in hac ſcĩa. ℭ D. d. ⁊ q: iſta dñr ⁊c̃. i. ⁊ q: declaratũ eſt ꝙ hoc nomen ens dr̃ mõ modo ꝑ reꝝ: de q̄bus dr̃ hoc nomen vnũ: manifeſtũ eſt ꝙ vna ſcĩa ꝯſiderat de ente: ⁊ diſpõ in hoc mõ generis eſt ſicut diſpõ in gñe qđ dr̃ vniuoce: q: p̄dicabilia e eẽntialia ineniunt̃ in hoc gñe qđ dr̃ multiplr̃: ſicut inuenit̃ in gñe qđ dr̃ vniuoce: ſed hoc nõ inuenit̃ in gñe qđ dr̃ equoce: ⁊ lʒ iueniat̃ in quodã aliqđ veꝝ: tñ nõ eſt eẽntialr̃. Poſſe f eſt vt aliqđ p̄dicabile p̄dicet̃ vere de aliquo noĩe equiuoco. V. g. oĩs canis eſt pulcher: ſed nõ inuenit̃ in eis p̄dicabile eẽntiale oĩno. ℭ D. d. ⁊ ſcĩa q̄ eſt ſcĩa in rei veritate ⁊c̃. i. ⁊ manifeſtũ ẽ ꝙ vera ſcĩa in talib⁹ reb⁹ que dñr p̄ attributionẽ eſt ſcĩa p̄mi q̄ eſt in illo gñe

a Predicamẽta accñtiũ nõ attribuuntur ſb̃e q: ſit agens: aut finis eoꝛuʒ: ſʒ q: cõſtituunt̃ per illã. ⁊ ſb̃m ẽ eoꝝ: ſʒ vide oppm̃. 2. de aĩa. 36.

b Mot⁹ dr̃ ens: q: ẽ via ad verum ens.

c Hoc nomẽ ens dr̃ d̃ primis itelligibilibus ⁊ ſecũdis.

d Res q̄ habẽt vnã ſciẽtiaʒ. nõ tãtũ ſunt q̄ꝝ ſb̃ʒ eſt tm̃ vnuʒ gñe aut ſpẽ dicto vniuoce: ſʒ q̄ꝝ eſſe attribuitur vni fini: aut vni agenti: aut vni ſubiecto.

e Analogia põt facere p̄dicatũ eẽntiale.

f Poſſe ẽ vt aliqđ p̄dicatuʒ vere p̄dicet̃ d̃ aliquo noĩe equiuoco. ſʒ ñ inuenit̃ i eis predicatũ eẽntiale oĩo.



per cuius cõtinuationẽ cũ alijs attribuunt̃ illa alia ei: ⁊ a ſuo nomĩe denoĩant̃. ℭ D. dedit aliam ꝓpõnem manifeſtã. ⁊. d. ſi igitur hic p̄us ſb̃a ⁊c̃. i. ſi igitur prius decẽ eẽntiuʒ eſt ſb̃a vt poſt declarabit̃: ⁊ ph̃s eſt ille qui ſcit primas cauſas omniuʒ: neceſſe eſt vt cognitio principioꝛuʒ ſb̃e ſit accepta in diffõne phi. Dicit̃ eniʒ ꝙ ph̃s eſt ille qui ſcit principia ⁊ cauſas ſubſtãtie: ⁊ iſta eſt declaratio predicte queſtionis in qua dicitur vtrum vni⁹ ſciẽtie eſt ꝯſideratio de ſubſtãtia: aut nõ. ℭ Deinde. d. ſed vnũquodq; gen⁹ ⁊c̃. i. ⁊ etiã manifeſtũ eſt ꝙ quodlibet genus entiũ hʒ vnam artem ⁊ vnam ſcientiã cõſiderãteʒ in omnibus ſpecieb⁹ illius generis. V. g. ꝙ ſonus eſt vnuʒ genus: ⁊ hʒ vnã ſcientiam cõſiderãteʒ in oĩbus ſpeciebus ſonoꝛuʒ. ſ. muſicã. Deinde d. ⁊ ideo dicimus ꝙ conſideratio ⁊c̃. i. ⁊ hoc qđ. d. manifeſtuʒ eſt ex p̄dictis. Poſuit. n. ꝙ qđlibet vnũ gen⁹ hʒ vnã ſcĩaʒ: ⁊ manifeſtuʒ eſt ꝙ ens eſt vnũ gen⁹; ergo ens hʒ vnã ſcĩaʒ. D. d. forme aũt ſunt forme formaꝝ. i. forme aũt quas q̄dã dicũt cõſiderãde ſunt in hac ſcĩa: ſicut eniʒ apud dicẽtes eas forme formaꝝ entiũ: ⁊ ita hec ſcĩa ꝯſiderat de formis: ergo cõſiderat de formis formarum.

## ℭ Capitulum Scđm.

Si igitur ens ⁊ vnum idem: ⁊ vna natura. eo ꝙ ſe adinuicem cõſequunt̃ ſicut principiũ ⁊ cauſa: ſed nõ vt vna rõne oſtenſa. Nil aũt differt: nec ſi ſimiliter ſuſcipiam⁹: ſed ⁊ p̄opere magis. Ideʒ eniʒ vnus homo: ⁊ hõ: ⁊ ens homo; ⁊ nõ diuerſuʒ aliq̄d oñdit ſm̃ dictionẽ repetitã: homo: ⁊ ens homo: ⁊ vnus homo. Palaʒ aũt q: nõ ſeparant̃: nec in generatiõe: nec in coꝛruptiõe. Silr̃ aũt ⁊ in vno. Quare palam q: additio in his idem oſtendit: ⁊ nihil aliud vnum preter ens. Amplius aũt cuiuſcũq; ſubſtantia eſt vnuʒ non ſm̃ accidens: ſimiliter aũt ⁊ ꝙ quideʒ ens aliqđ. Quare quotcũq; vni⁹ ſunt ſpẽs tot ⁊ entis: de quibus qđ quid eſt eiuſdeʒ ſcientie genere ſpeculari. Dico aũt de eodem ⁊ ſimili ⁊ alijs talibus. Fere anteʒ omnia reducuntur contraria in principiuʒ.

ℭ Unum aũt ⁊ ens cum ſint idem: ⁊ hñt eandem nãm; cõſecutio vtriuſq; ad alterũ eſt; ſicut conſecutio principij ⁊ cauſe vnius ad alteruʒ: nõ q: eadẽ diffinitio ſignificat vtrũq;. Nulla aũt differentia eſt inter ea: ⁊ ſi exiſtimãtes fuerim⁹ tali exiſtimatiõe. Sermo. n. dicẽtis hõ vn⁹: aut hõ eſt: aut hõ iſte: idem ſignificat; ⁊ nõ diuerſa ſignificat apud iterationeʒ. Manifeſtũ eſt eniʒ ꝙ ſermo dicẽs hõ

Idẽ eſt vn⁹ hõ: ⁊ hõ: ⁊ ens hõ.

Quotcũq; vni⁹ ſũt ſpecies tot ⁊ entis.

Ens ⁊ vnuʒ ſignificãt eãdeʒ nãm in ſb̃to: ſʒ vide oppoſitũ. 12. met. cõ. 21. ⁊ 22. vbi. d. ꝙ nullaʒ nãm ſignificant.

non diuiditur omnino/ neqꝫ habet ſituꝫ dicitur vnum.
Et quod nō diuiditur omnino ꝛ habet ſitum punctus.
Et quod diuiditur vno modo eſt linea. Et duobus mo
dis eſt ſuperficies. Et omnibus tribus eſt corpus. Et
iſta dicuntur econuerſo. Qd aūt diuiditur duobus mo
dis eſt ſupficies. Et qd vno modo eſt linea. Et qd non
diuiditur aliquo modo ſm quātitatem punctus eſt. Et
vnum etiam iſtorum qd non habet ſitum eſt vnum. Et
qd habet ſitum eſt punctus. Et etiaꝫ iſtorū quoddaꝫ eſt
vnū numero: ꝛ quoddā vnū forma: ꝛ quoddā vnū ſm
equalitatē: ꝛ quoddā vnū ſm genꝰ. Et illa que ſunt vnū
numero ſunt illa quorū mā eſt vna. Et que ſunt in for/
ma vnū ſunt illa quoꝝ totalitas ē vnū. Et que ſunt vnū
in genere ſunt illa quorū figura ꝓdicamenti eſt vna. Et
illa que ſunt vnū ſm equalitatē ſunt quoruꝫ ꝓportio eſt
vna: ſicut ꝓportio alicuius rei ad aliā rem: ꝛ iſta poſtre
ma ſemper cōſequunt̄ prima: ſicut dicimꝰ ꝙ omne qd
eſt vnū in numero: eſt vnū in forma. Et ēt qd eſt vnū in
forma/ nō eſt vnuꝫ numero neceſſario. Sed qd eſt vnū
forma: eſt vnum genere: ſed non qd eſt vnum genere
eſt neceſſario vnuꝫ ſm formā. Et nō oē qd eſt vnuꝫ ſm
equalitatē eſt vnuꝫ ſꝫ genꝰ. Manifeſtū eſt igit̄ ꝙ plura
dicuntur de oppōne vnius: quedā qꝛ nō ſunt cōtinua: ꝛ
quedaꝫ qꝛ materia eoruꝫ adunata cū forma diuidit̄ ſm
formaꝫ: ꝛ aliud cum oppoſitione: qm̄ diffinitiones que
ſignificant eſſentias ſunt plures.

12 ¶ Dicit. ⁊ eētia vnius ⁊c̄.i. ⁊ diffō vni⁹ eſt ꝑncipiū numeroꝝ: nō nu-
merus. ¶ D.d. ꝑma.n. mēſura eſt ꝑncipiū.i. ⁊ vnū eſt ꝑncipiū nume-
Mēſura dr̄ eē ꝑma ī eē ⁊ in cognitione. Idez 10. meta. t. cō. 3. roꝝ q̄ res nō mēſurant̄ ꝑmo ⁊ eētialr̄ niſi ꝑ ꝑmuz qđ eſt in eis indi-
uiſibile ex quo cōponunt̄: opȝ igit̄ vt oē menſurās primū ſit ꝑncipiū
ſcȝ in oī genere in quo inuenit̄ primū in eē ⁊ in cognitiōe. ¶ Deinde
d. ⁊ illud qđ primo ſcim⁹ ⁊c̄.i. ⁊ mēſura in oī re eſt magis manifeſtum
apud nos: q̄m per illam cognoſcit̄ mēſurabile: ⁊ ꝑꝑ illud cognoſcunt̄
reliqua in illo genere. D.d. ⁊ principiū igitur cognitiōis ⁊c̄.i. ⁊ cum
vnuȝ eſt menſurās: ⁊ mēſurās eſt ꝑncipiū cognitiōis in oī re: ꝯſeqtur
vt vnuȝ in oī genere ſit ꝑncipiū cognitiōis in illo gn̄e. ¶ D.d. ⁊ non
vnum in oī gn̄e eſt idem ⁊c̄.i. ⁊ vnuȝ in oībus generib⁹ per qđ cogno-
ſcitur vnūqđq; gen⁹ nō eſt eiuſdē nāe: ſed in quolibet gn̄e differunt a
ſe in alio. V.g. qđ vnū eſt in muſicis eſt ton⁹: ⁊ in dictionib⁹ ꝯſonan-
tibus ex ſyllaba ꝯſonās: ⁊ in vocalib⁹ ſyllaba vocalis. Et ſilr̄ vnū in
ponderib⁹ eſt aliqđ pondus minimū ſm̄ ſenſuȝ: ⁊ vnū in motu ē mo-
4. phy. 103. ⁊. 98. tus velociſſim⁹. V.g. motus diurn⁹. ¶ D.d. ⁊ in oībus eſt vnuȝ illud
qđ nō diuidit̄.i. ⁊ vnuȝ vl̄r qđ collocat̄ in hoc genere eſt illud qđ nō
diuidit̄ aut ſm̄ quātitatē aut ſm̄ formā ⁊ qualitatē. Qđ igit̄ oīno nō
De pūcto ⁊ vnitate. vide. 4. phy. 106. diuidit̄ in quātitatē neq; hȝ ſituȝ dr̄ vnum qđ eſt ꝑncipiū numeroꝝ:
⁊ ſi habuerit ſitū dr̄ pūct⁹. Pūct⁹.n. hȝ ſitū q̄ ē finis ⁊ ꝑncipiū linee.
¶ D.d. ⁊ qđ diuidit̄ vno mō ⁊c̄.i. ⁊ qđ hȝ ſitum ⁊ nō diuidit̄ niſi vno
mō dr̄ linea: ⁊ qđ diuidit̄ duobus modis.ſ. longitudine ⁊ latitudine
Idē ꝑ ce. 3. dr̄ ſupficies: ⁊ qđ diuidit̄ tribus modis.ſ. lōgitudine latitudine ⁊ ꝓ-
fundit ate/ dr̄ corpus: ⁊ eſt vnuȝ ſm̄ totalitatē.ſ. ꝑfectū. D.d. ⁊ dicunt̄
iſta ecōuerſo ⁊c̄.i. ⁊ intendit per hoc iſtas eē diffōnes q̄ cōuertunt̄.
¶ D. incepit diuidere vnuȝ alio mō. ⁊. d. ⁊ ēt iſtoꝝ ⁊c̄. D. incepit ex-
Quid vnuȝ nūero. ponere vnūquodq; iſtoꝝ. ⁊. d. ⁊ illa que ſunt vnū numero ⁊c̄.i. ⁊ vnū
numero dr̄ de illo cuius eſt mā vna: ⁊ dr̄ia inter illud ⁊ vnum qđ eſt
Vnū qđ eſt ꝑncipiū nūeroꝝ nō eſt ī materia. ꝑncipiū numeroꝝ ē: q̄ hoc vnū eſt ī mā: ⁊ vnū qđ eſt ꝑncipiū nūeri
nō eſt in mā. ¶ D.d. ⁊ illa que ſunt vnū ſm̄ formā ⁊c̄.i. plura nume-
ro.ſ. in mā que ſunt vnū ſm̄ formā ſunt illa quoꝝ diffō eſt vna: ⁊ iſta
ſunt q̄ ſunt vnū ſm̄ vnā ſpēȝ que diuidit̄ in indiuidua. ¶ D.d. ⁊ que
Quid vnuȝ ſpecie. ſunt vnū gn̄e ⁊c̄.i. ⁊ illa que dicunt̄ vnum genere ſunt que collocant̄
ſub vno predicamēto. Et hoc intendebat cum. d. quorum figura pre-
Quid vnuȝ genere. dicamēti eſt vna. ¶ Et dixit hoc: q̄ res q̄ ſunt vnū ſm̄ formas q̄daȝ
ſunt vnū ſm̄ formas ſpeciales: ⁊ q̄daȝ ſm̄ gn̄ales. ¶ D.d. ⁊ illa ſunt
Quid vnuȝ ꝓportiōe. ſm̄ equalitatē ⁊c̄.i. ⁊ illa dicunt̄ vnū q̄ ſunt vnū ſȝ ꝓportionalitatē:
ſicͭ dr̄ ꝙ ꝓportio rectoris ad ciuitatē ⁊ gubernatoris ad nauē eſt vna.
D.d. ⁊ iſta poſtrema ſemꝑ ꝯſequunt̄ ꝑma. ¶ Et intēdit ꝑ ꝑma magis
vlia: ⁊ per poſtrema magis ꝑticularia. D.d. ſicut dicim⁹ ⁊c̄.i. ꝙ oē qđ
eſt vnū numero de neceſſitate erit cū eo a quo differt in numero vnū
ēt in ſpē. V.g. q̄ Sor. eſt vnū numero: ꝯtingit vt ipſe ſit cū Platone
vnū in forma. D.d. ⁊ qđ eſt vnū in forma ⁊c̄.i. ⁊ ꝑma eoꝝ cōſequunt̄
8 phyſi. 60. poſtrema ſm̄ ꝙ ꝯſecutio nō cōuertit̄ in iſtis: qđ.n. eſt vnū in ſpē non
4. phy. 49. eſt vnū in numero: vnū.n. in ſpē ad min⁹ dr̄ vere de duob⁹ in nūero.
2. phy. 70. 3. ⁊ dixit vere: q̄ accidit vt vnū in ſpē ſit vnū in numero q̄n de ſpē non
phy. 19. inuenit̄ niſi indiuiduū. ¶ D.d. ⁊ oē qđ dī vnū ſm̄ formā ⁊c̄.i. ⁊ oīa q̄
ſunt vnū ſȝ ſpēȝ ſunt vnū ſȝ gen⁹. V.g. q̄ Sor. ⁊ Pla. ſūt vnū ī ſpē
7. phy. 31. ſunt vnū ī gn̄e.ſ. in aīalitate ⁊ nō ꝯuertit̄. ¶ D.d. ⁊ oīa q̄ ſunt vnū ſȝ
eq̄litatē ⁊c̄.i. ⁊ oīa q̄ ſunt vnū ſm̄ ꝓportionē ſunt vnū ſm̄ gen⁹ ⁊ nō
cōuertit̄: ⁊ hoc fuit ita q̄ equalitas nō eſt aliqđ gen⁹. ¶ D.d. manife- Quot mōis dr̄ vnū tot ⁊ multa.
ſtum eſt igit̄ ⁊c̄.i. ⁊ cū declaratū eſt ꝙ vnuȝ dr̄ multis modis: ⁊ multi-
tudo opponit̄ vni: manifeſtuȝ eſt ꝙ multitudo dicit̄ multis modis:
cum oē vnum habeat multuȝ cui opponitur. ¶ D. dedit exempluȝ de
quibuſdā predictis. ⁊. d. quidā eniȝ ⁊c̄. V.g. q̄ iam declaratuȝ eſt ꝙ
vnum eoruȝ de quibus dicit̄ hoc nomē vnum eſt cōtinuū.i. ⁊ etiā de
illis quoruȝ mā eſt vna aut genus dicet̄ etiā multū de oppoſitis iſto-
rum. dicit̄ eniȝ de his que ſunt nō cōtinua: ⁊ de illis quoꝝ mā eſt nō
vna ꝑꝑ diuiſibilitatē materie: aut ſm̄ formā in ſpē: aut ſm̄ formas di-
uerſas ſm̄ cōtrarietatē. ¶ Et hoc intēdebat cū dixit ꝙ mā eoruȝ di-
uiditur ſm̄ formā ⁊c̄.i. ⁊ illa que dicūtur plura ſm̄ materiā: quedaȝ
dicunt̄ q̄ mā eoruȝ diuidit̄ in quibuſdā ſm̄ formā ſpecialeȝ: ⁊ in qui-
buſdam diuiditur ſm̄ formā cōtrariā. D.d. q̄ diffinitiones ⁊c̄.i. ⁊ for-
me ſm̄ quas diuiditur materia ſunt diuerſe: q̄ forme que quiditates
rerum ſignificant ſunt multe.

## ¶ Capitulum Septimum.

ENs dicit̄: hoc quideȝ ſm̄ accn̄s: illud vero
ſm̄ ſe. Scḋm accn̄s q̄dem: vt iuſtū muſicū
eſſe dicim⁹: ⁊ hoīeȝ muſicū: ⁊ muſicū hoīeȝ
ſilr̄ dicentes: vt muſicū edificare: q̄ accidit
edificatori muſicum eſſe: aut muſico edificatorem. Hoc
eniȝ eſſe hoc: ſignificat accidere hoc huic. Sic autē ⁊ in
dictis q̄n hoīeȝ muſicū dicimus: ⁊ muſicū q̄n hoīeȝ: aut
albū muſicū: aut hūc albū. Hoc q̄deȝ q̄ ambo eidē acci-
dunt: illud vero q̄ enti accidit: hoc aūt muſicū hoīem:
q̄ huic accidit muſicuȝ. Sic aūt dicit̄ ⁊ eſſe albuȝ: q̄ cui
accidit ille eſt. Que q̄dē igit̄ ſm̄ accidēs eſſe dicunt̄ ſic
dicunt̄: aut eo ꝙ eidē enti ambo inſunt: aut q̄ illud enti
ineſt: aut q̄ ipſuȝ eſt cui ineſt: de quo ipſuȝ ꝑdicat̄.
¶ Ens dicit̄ quodā mō accn̄tali. V.g. q̄ iuſtus eſt mu-
ſicus: ⁊ ꝙ homo eſt muſicus: ⁊ ſimiliter ꝙ muſicus eſt
hō. V.g. ꝙ hō muſic⁹ edificat: accidit eniȝ edificatori vt
ſit muſicus: aut muſico vt ſit edificator. Accidit hoc igi-
tur q̄ eſt: ⁊ q̄ hoc accidit ei. Et ſimiliter accidit in reb⁹
quas diximus: ſicut hō cuȝ dixerimus ꝙ eſt muſicus: ⁊
muſicus ꝙ eſt albus: ⁊ ꝙ eſt albus muſicus: aut muſic⁹
eſt albus. Iſta eniȝ dicunt̄ modo accn̄tali: vno modo:
q̄ vtraq; accidunt eideȝ enti: alio modo q̄ accidit enti
vt eſſet illa.ſ. entia que dicunt̄ modo accidētali ſm̄ hoc

dicunt: aut qꝛ vtraqꝫ ſunt eiuſdē entis: aut qꝛ eſt q̄ditas entis: aut qꝛ eſt cū eo cuiꝰ eſt: ⁊ de quo dr̄ idem.

13 **Quia** ens dr̄ de illo d̄ quo vnū: ⁊ dr̄ de illo qđ eſt vnū ꝑ ſe: ⁊ vnū ꝑ accn̄s: ita ēt fuit diſpō entis: ⁊ iō incepit p̄mo notificare modos entis que ſunt entia per accn̄s. ℭ Et. d. ens dr̄ ⁊c. i. ſicut dicimus ꝙ illud qđ eſt iuſtuz eſt muſicū. ſ. idez. Iſta. n. idētitas eſt ꝑ accidens: qꝛ accidit vnuz alteri: ⁊ ambo vni ſb̄to qđ defert muſicā: ⁊ iuſtitiaz. Hec igit̄ eſt intentio vniꝰ modi: ⁊ ſuū exēpluz eſt qđ dixit: oīs muſicꝰ eſt iuſtus. Scđs aūt modus eſt ſicut dicimꝰ: dr̄ vnꝰ ꝑ accn̄s: aut qꝛ hoī muſicū accidit qđ eſt tanq̄ genꝰ: aut qꝛ muſica ⁊ humanitas accidūt ſibiinuicē vnū alteri: qꝛ ſunt in vno ſb̄to. ſ. in homine in quo exiſtit muſica ꝑ accn̄s: ſicut dicimꝰ ꝙ oīs muſicꝰ eſt hō: ſed vnuz iſtoꝝ ineſt ꝑ accn̄s ſb̄to in quo ꝯueniūt: ⁊ aliud eēntial'r ecōtra diſpōni in p̄mo mō in quo dicimꝰ ꝙ muſicꝰ eſt albus. Hoc igitur qđ dixit. iſta. n. dicunt mō accn̄tali ⁊c. eſt exēplum ad dicēdū ꝙ muſicꝰ eſt albus: ⁊ nō ad dicenduz ꝙ hō eſt muſicꝰ. ℭ D. cōgregauit oēs ambas intentiōes. ⁊. d. entia igit̄ que dn̄t mō accn̄tali ⁊c. ⁊ intēdit ꝑ illa que ambo ſunt vniꝰ entis ſicut albus ⁊ muſicꝰ que ſunt vnius rei cui accidit vt ſit albus ⁊ muſicꝰ. ℭ D. d. aut qꝛ nō. ſ. ſicut dicimꝰ ꝙ muſicꝰ eſt: illud eniz in quo eſt muſica accn̄taliter. ſ. hō idez eſt cū hoīe vli: ⁊ ſil'r eſt cuz dicimꝰ ꝙ hō muſicꝰ eſt: intētio. n. iſtius hoīs eſt hō cui accidit ꝙ ſit muſicꝰ: ⁊ determinādū eſt eis que dicūtur idem eſſential'r hoc ꝙ ſunt duo eſſentialiter vno mō: ⁊ duo eſſential'r alio modo ſicut dicimus: omnis hō eſt aīal. Homo eniz eēntialiter diſtat ab animali in vno mō: ⁊ ſunt idem eſſentialiter alio modo.

Hō diſtat ab aīali eēntial'r in vno modo ⁊ ſunt idē eēntial'r in alio mō.

ℭ Scđm ſe vero dicunt eē quecūqꝫ ſignificant figuras p̄dicatiōis. Quotiēs. n. dr̄ totiens eē ſignificat. Qm̄ ergo p̄dicatoꝝ / alia qđ eſt ſignificāt: alia quale: alia quātū: alia ad aliqđ: alia facere: alia pati: alia vbi: alia qn̄. Hoꝝ vnicuiqꝫ idez eē ſignificat. Nihil. n. refert hō cōualeſcēs eſt. aut hō cōualeſcit. vel hō vadens eſt aut ſecans. vel hoīem vadere aut ſecare. Sil'r aūt ⁊ in alijs. Ampliꝰ aūt ⁊ eē ſignificat qꝛ veꝝ. nō eſſe qꝛ nō verū. ſed falſuz. Sil'r in affirmatiōe ⁊ negatiōe. vt ꝙ eſt Soꝛ. muſicꝰ qđ eſt verum. aut ꝙ eſt Soꝛ. albus qđ veꝝ. Hoc aūt nō eſt diameter cōmēſurabilis qđ falſuz. Ampliꝰ eſſe ſignificat ⁊ ens. hoc quidē poteſtate dicibile. illđ vō qđ actu. Hoꝝ eniz dictoꝝ terminoꝝ eſſe dicimus ⁊ qđ poteſtate dicibile eſt terminoꝝ. ⁊ qđ actu. ⁊ ſcire ſimil'r. ⁊ potens vti ſcientia. ⁊ vtens. ⁊ quieſcens. ⁊ cui iam ineſt quies: ⁊ potens quieſcere. Similiter autē ⁊ in ſubſtātijs. Etenim mercuriuz in lapide dicimus eſſe: ⁊ medietatem lineę



frumentū nondū perfectum. Quādo vero potens: ⁊ qn̄ nondū: in alijs determinandum.

ℭ Et dicunt entia per ſe oīa que ſignificāt figure p̄dicamentoꝝ: ſunt. n. ſm̄ numerū eoꝝ que dicunt ēt entia. Quedā igit̄ p̄dicamēta ſignificāt qđ: ⁊ q̄dā quale: ⁊ q̄daz quātuz: ⁊ q̄dā ad aliqđ: ⁊ q̄daz agere: aut pati: ⁊ vbi ⁊ qn̄. Et ſignificatio vniuſcuiuſqꝫ iſtorū eſt vnius entis. Non. n. eſt dr̄ia inter dicere ꝙ hō eſt in ſanitate: ⁊ dicere ꝙ hō eſt ſanꝰ: aut ꝙ hō ambulat: ⁊ eſt in ambulatiōe: ⁊ ſimil'r in alijs rebus. Et ēt ens ſignificat eſſentiā: ⁊ veritatem rei: qm̄ cum dixerimus aliqđ eſſe demonſtrabimus ſuā veritatē: ⁊ cū dixerimꝰ aliqđ nō eſſe demonſtrabimꝰ ipſuz eſſe nō verū ſed falſuz. Et ſimil'r in affirmatiua ⁊ negatiua ſicut dicimꝰ ꝙ Soꝛ. eſt muſicus. hoc. n. eſt veruz: dicimꝰ ꝙ Soꝛ. nō eſt albus. ⁊ hoc nō eſt veꝝ. Et ſicut dicimꝰ ꝙ diameter eſt equalis coſte: ⁊ eſt falſuz. Et ēt quedā entia ſunt potētia. ⁊ quedā actu. Quedā. n. ſunt entia per viſuz qꝛ vident. ⁊ q̄dam qꝛ hn̄t virtutes q̄ vident. Et ſil'r eſt in ſcīa. In eis. n. eſt qui hn̄t virtutem vt vtant ſcīa: ⁊ in eis eſt qđ hꝫ viſuz: ⁊ dr̄ quieſcēs illud in quo eſt quies: ⁊ illud qđ hꝫ potētiaz vt quieſcat etiā. Et ſil'r in ſubſtātia ēt. Dicimus eniz ꝙ in lapide eſt idolum Mercurij ⁊ ſemilinee.

Diuiſio entis in decez p̄dicamēta Uide ēt. 6. huiꝰ. t. c. 4.

ℭ Cum declarauit modos entis qđ eſt ſm̄ accidēs: incepit declarare ſm̄ quot modos dicit̄ ens eſſential'r. ℭ Et. d. ⁊ dicunt entia ⁊c. i. ⁊ intendit per figuras genera p̄dicamētoꝝ. ſ. dictiones ſignificantes genera p̄dicamētoꝝ. Deinde. d. ſunt eniz ſm̄ numerū ⁊c. i. dicitur eniz ens ſm̄ numerū ſm̄ quez dicunt p̄dicamēta. D. d. quedā eniz ⁊c. i. ⁊ hoc nomē ens dicit̄ de oībus de quibus dicūtur p̄dicamēta: qꝛ qđ ſignificat hoc nomē ens idem videt̄ cuz eo qđ ſignificāt dictiones p̄dicamētoꝝ. ℭ D. numerauit p̄dicamēta ⁊. d. Quedaz igitur ſignificāt quid ⁊c. i. ⁊ tacuit p̄dicamētuz ſitus ⁊ habitꝰ ꝑpter abbreuiationez ſermonis: aut qꝛ latent. D. d. ⁊ ſignificatio vniuſcuiuſlibet iſtorum ⁊c. i. ⁊ ſignificatio vniuſcuiuſlibet nominū nouez accidentiuz cum ſua ſignificatione ſuper illud accidens eſt ſignificatio ſuper vnuz p̄dicamētuz. ſ. p̄dicamētuz ſubſtātie: nō eniz eſt differentia inter dicere in p̄dicamēto qualitatis ꝙ homo eſt ſanus ⁊ ꝙ homo eſt in ſanitate. ℭ Et intendebat per hoc notificare ꝙ nomen denominatiuū nō ſignificat in propoſitiōe cuius ſubiectuz eſt ſubſtātia ⁊ cuius p̄dicamētuz eſt denominatiuū. Uer. gratia. Soꝛ. eſt albus ſubſtantiam ⁊ accidens aut ſubſtantiam in qua ſit accidens. 14

Digreſſio q̄rit vtrū nomen denoīatiuū p̄ ſigat ſb̄m an accidens.

Op. Auicē.

Impugna.

Nomē ꝺno/minatiuū ꝑ ſigñat acci dēs ſcꝺo ſbʒ

Uide ꝑ hoc 7. meta. 18. ⁊ 19. cō. Sed ꝑ phy. 25. ⁊ 2. de anima. c. 8. videbis oppoſitū.

¶ Sicut exiſtimauit Auicen. qui cum vidit ꝙ hec dictio albus ſignificat aliquid in quo eſt albedo ꝙ primo ſignificat ſubiectū ⁊ ſecundo accidens. ¶ Sed eſt ecōuerſo. primo ſignificat accidēs. ſecūdo ſubiectum. Accidēs eniʒ innatū eſt exiſtere in ſubiecto. ¶ Et ſi eſſet ſicut dicit. ſ. ꝙ albus primo ſignificat corp⁹: tunc idem eſſet dicere Sor. eſt albus: ⁊ dicere corpus albuʒ ⁊ corpus albuʒ: ⁊ ſic in infinitū: quonia cum dicimus hoc vocabuluʒ album collocabitur in eo corpus. ¶ Et cum. d. ꝙ hoc nomen ens dicit̄ de deceʒ predicamētis: dixit: ⁊ etiam ſignificat eſſentiā ⁊c̄. i. ⁊ hoc nomen ens etiā ſignificat illud qꝺ ſignificat dicere aliquid eſſe veruʒ. Cum eniʒ dicimus aliquid eſſe demonſtramus ipſum eſſe veruʒ: ⁊ quādo dicimus aliquid non eſſe demonſtramus ipſum non eſſe. ſ. ipſum eſſe falſum. ¶ Deinde. d. ⁊ ſimiliter eſt in affirmatiua ⁊ negatiua ⁊c̄. ⁊ intendit per ens illud qꝺ ſonat verum aut ſimpliciter aut cōpoſite. ſ. in queſito ſingulari ⁊ compoſito: in propoſitiōe autem cōpoſita: ſicut dicimus ꝙ Sortes eſt muſicus: aut Sor. non eſt muſic⁹: in queſtiōe autē ſimplici ſicut dicim⁹: vtruʒ Sor. ſit aut non ſit: ⁊ vniuerſaliter hoc nomen ens nō ſignificat niſi verum. ¶ Deinde. d. ſicut dicim⁹ ꝙ Sor. ⁊c̄. i. ⁊ ſimiliter in affirmatiua cum demonſtrabim⁹ eſſe per affirmationē in qua eſt hec copulatio etiā demonſtrabim⁹ eſſe ipſum veruʒ. V. g. Sor. eſt muſicus: ⁊ cū demonſtrabim⁹ ipſuʒ eſſe per generationē: demonſtrabim⁹ ipſuʒ nō eſſe verū. V. g. Sor. non eſt albus: hoc eniʒ demonſtrat ꝙ dicere ipm eſſe album: nō eſt veruʒ. ¶ Et hoc intendebat cū. d. ⁊ dicere ꝙ Sor. eſt albus ⁊ hoc nō eſt verum. i. ⁊ dicere ꝙ Sor. non eſt albus demonſtrat ꝙ dicere ipſe eſt alb⁹ nō eſt veruʒ. ¶ Sed debes ſcire vniuerſaliter ꝙ hoc nomen ens qꝺ ſignificat eſſentiaʒ rei eſt aliud ab ente qꝺ ſignificat verum. ⁊ ideo expoſitores diuerſant̄ in queſito ſimplici. ſ. dicere vtrum aliquid eſt in ſcꝺo thopicoꝝ. vel vtrum collocet̄ in queſtionib⁹ accidentis aut generis. Qui enim intelligit de ente illud qꝺ eſt cōmune decem predicamētis. d. ꝙ collocat̄ in queſtionib⁹ generis: ⁊ qui intellexit de ente illud qꝺ intelligitur de vero. d. ꝙ collocatur in queſtionib⁹ accidentis. ¶ Deinde. d. ⁊ ſicut. d. ꝙ diameter eſt equalis ⁊c̄. ⁊ hoc eſt aliud exempluʒ quo vtitur in hac intentione. i. ꝙ dicere ꝙ diameter eſt aſſimeter coſte: ⁊ hoc verum ſignificat ꝙ diameter eſt ſimeter coſte: eſt falſum. ¶ Et intendebat diſtinguere inter hoc nomen ens de ente qꝺ eſt extra animā: ⁊ de ente qꝺ eſt potentia. Quedam eniʒ dicūtur viſa quādo vident̄ actu: ⁊ quedā dicunt̄ viſa: q: poſſunt videri in actu. ¶ Et ſimilr̄ ſciens quoqʒ dicit̄ ſciens quādo vtitur ſciētia: ⁊ talis eſt ſciens in actu: ⁊ dr̄ ſciens qñ nō vtitur ſcia. ſ. ſciens in potentia propinqua. ¶ Et hoc intēdebat cuʒ. d. ⁊ ſimilr̄ eſt de ſciētia ⁊c̄. i. dicim⁹ eniʒ ſcientē illuʒ qui hʒ potētiā qua vtit̄ ſcia: lʒ non vtat̄: ⁊ dicim⁹ ſcientē illuʒ qui vtit̄ ſcia qñ vtit̄ illa. ¶ D. d. ⁊ dr̄ quieſcēs ⁊c̄. i. ⁊ ſilr̄ dr̄ qeſcēs in potētia illud qꝺ nō quieſcit: ſed hʒ potentiaʒ vt quieſcat. ¶ D. d. ⁊ ſilr̄ inuenit̄ actus ⁊ potentia in ſba ⁊ in forma. dicim⁹ eniʒ ꝙ in lapide eſt forma idolū Mercurij ⁊ ſemilinee: ⁊ hec fuit diminutio. ⁊ intendit ꝙ ſilr̄ inuenit̄ actus ⁊ potētia in ſba ⁊ in forma. Dicimus eniʒ ꝙ in lapide eſt forma Mercurij ⁊ in potentia ⁊ actu: potentia aūt q: hʒ naturam recipiendi formam Mercurij: actu vero q: recipit illam.

Documētū. Ens qꝺ ſignificat eēntiam rei eſt aliꝺ ab ente qꝺ ſignificat verū.

Idem. 2. de aīa. 54.

¶ Capitulum Octauū.

Subſtantia dr̄ ⁊ ſimplicia corpora: vt terra: ⁊ ignis: ⁊ aqua: ⁊ q̄cunqʒ talia: ⁊ vl'r corpa ex his cōſiſtētia: ⁊ aīalia: ⁊ demonia: ⁊ ꝑtes omniuʒ hoꝝ. Hec aūt dicunt̄ oīa ſba: q: nō de ſubiecto dicunt̄: ſʒ de his alia. ¶ Alio vero mō qꝺcūqʒ fuerit cā exiſtēdi inexiſtēs in talib⁹: quecūqʒ nō dicunt̄ de ſbo: ⁊ aīa aīalis. ¶ Amplius q̄cūqʒ ꝑticule exñtes ſunt in talib⁹ terminātes: ⁊ hoc aliqd ſignificātes: quibus deſtructis deſtruit̄ totū: vt ſupficie corp⁹: vt qdam dicūt ⁊ ſupficies linea ⁊ totalr̄ numer⁹ vr̄ eſſe qbuſdaʒ talis: naʒ deſtructo nihil eē ⁊ terminare oīa. ¶ Ampli⁹ qꝺ qd erat eē cui⁹ rō eſt diffō: ⁊ hec ſba dr̄ vniuſcuiuſqʒ. Accidit itaqʒ ſm duos modos ſbam dici ſbm vltimuʒ: qꝺ nō adhuc ꝺ alio dr̄: ⁊ qꝺcūqʒ hoc aliqd ens ſepabile fuerit. Tale vero vniuſcuiuſqʒ forma ⁊ ſpēs.

¶ Dicunt̄ ſba corpora ⁊ ſimplr̄ ſic terra: ⁊ ignis: ⁊ ſilia: ⁊ vlr̄ oīa corpora: ⁊ qꝺ ex eis cōſtituit̄ ex aīalib⁹: ⁊ idolis: ⁊ mēbris iſtoruʒ. Oīa eniʒ iſta dicunt̄ ſbe: q: nō dicuntur de ſubiecto: ſed alia dicunt̄ de eis. Et ēt dr̄ ſba alio mō illud qꝺ eſt cā eſſentie rerū que dicunt̄ de ſubiecto: ſicut aīa aīaliuʒ: Et ēt dicunt̄ ſuba oīa mēbra aīaliuʒ: ⁊ ēt ⁊ hñtia terminos: ⁊ ſignificātia aliqd: ⁊ ꝑ quoꝝ priuationē priuat̄ totuʒ: ſicut corpus ſupficiei: ⁊ ſicut qdam dicunt ſupficies linee: ⁊ oēs numeri. Quidā eniʒ exiſtimant ꝙ iſtis priuatis nihil erit. Et ēt dr̄ ſuba illud qꝺ ſignificat qd in oībus rebus: ⁊ diffōnem eaꝝ: ⁊ hoc eſt ſubſtantia circulus rei. Accidit igitur vt ſubſtātia dicatur duobus modis. Quorum vnus eſt vltimū ſubiectum quod nō dicit̄ de alio. Alius auteʒ quod ſignificat hoc demonſtratū: ⁊ eſt diſtinctuʒ a reb⁹: ſicut forma cuiuſlibet rei: ⁊ eius exemplar.

Cum determinauit quot modis dicit̄ ens ⁊ vnum eoruʒ de quibus dicit̄ ſba: ⁊ ſba dicit̄ multis modis: incepit ēt diuidere illos modos. ¶ Et. d. ⁊ dr̄ ſba ⁊c̄. i. ⁊ ſba dicit̄ de oībus corporib⁹ ſimplicibus ⁊ de cōpoſitis ex his: vt minere: ⁊ plante: ⁊ aīalia: ⁊ de membris iſtoruʒ. ¶ Et cum declarauit hoc per exēpluʒ: incepit decla/ 15

Suba ꝑ cōi ad ꝑmā ⁊ ſecundā.

rare illud p diffōnē.⁊.d.oīa.n.iſta ⁊c̄.⁊ intēdit neqꝫ in ſb̄to:⁊ iſta eſt diffō indiuidui ſb̄e. ¶ Et.q.d.ſb̄a dr̄ pͥma de illo qđ nō dr̄ de aliquo neqꝫ eſt in aliquo:⁊ alia dicunt̄ de eo:⁊ hoc dr̄ indiuiduū ſb̄e.⁊ hoc appellat̄ in p̄dicamētis pͥma ſb̄a. ¶ Et forte intendit p hoc qđ.d.ſb̄. aliquā intētionē in ea:⁊ ſm hoc iſte ſermo ꝯtinet pͥmas ſb̄as ⁊ ſecū/das. ¶ D.d.⁊ dr̄ ēt ⁊c̄.i.⁊ dr̄ ſb̄a de illo per qđ indiuiduū ſb̄e fit ſb̄a.ſ. de forma p quā fit ſb̄a:ſicut aīa in aīato.⁊ dedit exēplum de aīa q̄ eſt forma in ſb̄a in actu ecōtra de formis ſimpliciū. ¶ D.d.⁊ ēt dr̄ ſb̄a de illo qđ eſt ſb̄m aīe. U.g. de corpe aīaliū:⁊ hec ſb̄a mō māe. ¶ D.d.⁊ ħn̄tia diffōnes ⁊c̄.i.⁊ dr̄ hoc nomē ſb̄a de diffōne ⁊ in reb⁹ habenti/bus diffōnes. ¶ D.d.⁊ per quoꝝ p̄uationē ⁊c̄.i.⁊ dr̄ ſb̄a de rebus que ſunt priores ſm diffōnes rebus ſenſibilib⁹ de qbus qdā opinantur illas eſſe ſb̄as reꝝ ſenſibiliū:qm̄ qn̄ intellect⁹ abſtulerit eas/auferent̄ cū eis res ſenſibiles:ſicut eſt diſpō d̃ corpe ſimplici cū corpe ſenſibili ⁊ de ſupficie cum corpore:⁊ qꝛ Ariſto.non opinat̄ hoc dicit.qdā.n. exiſtimāt ⁊c̄.i.⁊ quidā appellāt iſtas ſubſtātias:qꝛ exiſtimant ꝙ il/lud per cuius priuationē ſm intellectū priuat̄ aliquid dꝫ eſſe ſubſtan/tia illius:⁊ ideo appellauerunt iſtas ſubſtātias vnū:quidā enī fin/gunt numerū eſſe ſb̄am entium. ¶ D.d.⁊ ēt dicit̄ illud ſb̄a ꝙ ſignifi/cat quid ⁊c̄.i.⁊ dicit̄ ſubſtātia de illo qđ datur ad interrogationē fa/ctam per quid in vnaquaqꝫ rerum:⁊ hec eſt ſubſtātia cuiuſlibet rei. D.d.accidit igitur vt ſb̄a ⁊c̄.

Suba d̃ forma.

Uid.8.ph.30.

Suba d̃ mā.

Suba d̃ diffinitiōe.

Suba p oī quo remoto remouet̄ ſb̄ſtantia.

Eadem.

## ¶ Capitulum Nonum.

Eadem vero dicunt̄:hec quidē ſm accidens vt albū:⁊ muſicū idē:qꝛ eidē accidunt:⁊ homo ⁊ muſicū:qꝛ alteꝝ alteri accidit:⁊ muſicū aūt hō qꝛ muſicū hoī accidit.vtriqꝫ aūt hoc:⁊ hoꝝ vtrūqꝫ illi.Etenī hoī muſico:⁊ hō ⁊ muſicū idē dicit̄:⁊ his illud.Quapp ⁊ oīa hec vniuerſalr̄ nō di/cunt̄.Nō eī eſt verū dicere ꝙ oīs hō idē ⁊ muſicū.Nā vl'ia ſm ſe exiſtunt: accn̄tia vero nō ſm ſe:ſed in ſingu/laribus ſimpliciter dicunt̄.Idē enī vr̄ eſſe Sor.⁊ Sor. muſicus:nā Sor.nō in multis:pp qđ nō oīs Sor.eſſe muſicus neqꝫ Sor.dr̄ quēadmodum oīs hō:⁊ hec qui/dem ſic dicunt̄ eadem.Alia vero ſm ſe quēadmodū ⁊ vnū.Etenī quoꝝ mā vna/aut ſpē:aut numero:eadē di/cunt̄:⁊ quoꝝ ſubſtantia vna. Quare palā qꝛ identitas vnitas quedā pluriū eēndi:aut qn̄ vtit̄ vno,vt plurib⁹: veluti qn̄ dixerit ipſū ipſi idē:nā vt duobus vtit̄ eodē. ¶ Diuerſa vero dn̄r quoꝝ/aut ſpecies plures:aut mā: aut ratio ſubſtantie.Et oppoſite oīno eidē dr̄ diuerſū.

Idētitas ē vnitas qdā pluriū eſſendi.

Diuerſa.



¶ Differētia vero dicunt̄ quecūqꝫ diuerſa ſunt:idē ali/quid entia:⁊ nō ſolū numero:ſed ſpecie:aut genere:aut ꝓportione:amplius quorū diuerſū genus ⁊ contraria quecunqꝫ habent in ſubſtātia diuerſitatē.Similia dicun/tur quecūqꝫ idem paſſa:⁊ plura idem paſſa:aut diuer/ſa:⁊ quorum qualitas vna: ⁊ ſm quecunqꝫ alterari con/tingit cōtrarioꝝ horū qđ plura habet aut magis ꝓpria huic eſt ſil'e.Oppoſita vero ſil'ibus diſſil'ia. ¶ Oppoſi/ta dicuntur ꝯ̄ria:ꝯ̄dictio:⁊ ad aliqđ:⁊ priuatio:⁊ habit⁹ ⁊ ex quib⁹:⁊ ad que vltima:vt generatiōes:⁊ corruptio/nes:⁊ quecūqꝫ vero nō cōtingūt ſimul adeſſe amboꝝ ſu/ſceptibili:hec opponi dn̄r aut ipſa:aut ex qb⁹ ſunt.Nā pallidū ⁊ albū ſimul eidē nō inſunt:pp qđ ex qbus ſunt opponūtur his. ¶ Cōtraria dn̄r quecūqꝫ nō pn̄t ſimul adeſſe eidē differētiū ſm gen⁹:⁊ que plurimū differunt eoꝝ que ſunt in eodē genere: ⁊ que plurimū dn̄t eorū que in eodem ſuſceptibili:⁊ que plurimū differūt eorū que ſunt ſub eadē poteſtate.Et quoꝝ dr̄ia maxima:aut ſm genus:aut ſimpl'r:aut ſm ſpeciē. Alia vero ꝯ̄ria di/cuntur:hec quidē in talia habere:alia in taliū ſuſpectibi/lia eſſe:alia in actiua:alia in paſſiua eſſe taliū:aut agētia aut patiētia:aut abiectiōes:aut acceptiōes:aut habitus aut priuatiōes eſſe taliū. Qm̄ aūt ens ⁊ vnū multipl'r dicuntur ſequi eſt neceſſe ⁊ alia quecūqꝫ ſm hec dicunt̄. Quare idem ⁊ diuerſum ⁊ cōtrariū vt ſic diuerſum ſm vnāquāqꝫ cathegoriā. ¶ Diuerſa vero ſpecie dicuntur quecunqꝫ eiuſdem generis exiſtētia:non ſubinuicē ſunt ⁊ quecunqꝫ in eodem genere exiſtētia differentiā habēt ⁊ quecunqꝫ habent contrarietatē. Et contraria diuerſa ſunt ſpecie abinuicē:aut omnia:aut dicta primū:⁊ quo/rūcunqꝫ in finali generis ſpecie rationes diuerſe: vt ho/mo ⁊ equus indiuidua genere ⁊ rationes eorū diuerſe. Et quecunqꝫ in eadē ſubſtātia entia differentiā habēt. Eadem vero ſpecie his oppoſite dicta.

Differētia.

Oppoſita.

Contraria.

Diuerſa ſpē.

¶ In arabica tranſlatione textus correſpondēs huic ſuperiori non reperitur:neqꝫ cōmentum.

## ¶ Capitulum Decimum.

PRiora ⁊ poſteriora dicunt̃ quedã quidẽ tãq̃ exiſtẽte aliquo prĩo ⁊ principio in vnoquoq; genere qḋ ꝓpinqui⁹ quidẽ principio aliquo determinato: aut ſimpl'r: aut natura: aut ad aliquid: aut vbi: aut ab aliquib⁹. Ut hoc qdẽ ſm locũ in exiſtẽdo ꝓpinquus: aut natura alicui loco determinato: vt medio: aut vltimo: aut ſicut euenit: qḋ vero remotius poſterius. Alia ſm tp̃s: hoc quidẽ enim eo q̧ remotiora nũc: vt in factis: priora nãq; troica medis q: remotiora nũc. Hoc aũt eo q̧ ꝓpinquius nunc: vt in futuris: priores.n. propterea ludi iouis ludis apollinis eſſe dicunt̃: q: ꝓpinquius nũc: ⁊ ipſo nũc: vt in p̃cipio ⁊ in primo vſis. Alia ſm motũ: ꝓpinquius enĩ prĩo mouẽti eſt prius vt puer viro. Principiũ aũt ⁊ hoc quoddã ſimpl'r. ¶ Alia ſm poteſtatẽ: excedẽter eniʒ poteſtate ⁊ qḋ potẽti⁹ eſt pri⁹: tale vero eſt cui⁹ ſm p̃uolũtatẽ ſeq eſt nec̃e alteꝝ ⁊ poſteri⁹ adeo vt nõ mouẽte illo nõ moueat̃: ⁊ mouẽte moueat̃. Et eſt p̃uolũtas p̃cipiũ. Alia ſm ordinẽ: hec aũt ſunt q̃cũq; ad aliqd vnũ determĩatũ diſtãt ſm rõnẽ: vt paraſtata tricõſtata ⁊ pauite vitis. hic qdeʒ eniʒ qui ſumit̃. hec aũt que media principiũ. hec quideʒ igit̃ priora dicunt̃ hoc modo. ¶ Alio vero mõ qḋ cognitione eſt prius vt eſt ſimpl'r pri⁹. Hoꝝ aũt al'r: ⁊ que ſm rõnẽ ⁊ q̃ ſm ſenſuʒ. nã ſm rõnẽ vl'ia priora. ſm aũt ſenſum ſingularia. Et ſm rõnẽ accñs toto prius: vt muſicũ muſico hoie. Nõ.n. eſt rõ tota ſine p̃te. qdeʒ nõ cõtigit muſicũ eſſe nõ exiſtente aliquo muſico. ¶ Ampli⁹ priora dicunt̃ prioꝝ paſſiões: vt rectitudo lenitate. hec.n. linee ſm ſe paſſio eſt: illud vero ſup̃ficiei. Hec quidẽ itaq; ſic dicunt̃ priora ⁊ poſteriora. ¶ Alia vero ſm ſubſtantiã ⁊ naturã quecũq; cõtingit eſſe ſine aliĳs: ⁊ illa nõ ſine illis: qua diuiſione vſus eſt Plato. ¶ Qm̃ autẽ eſſe multipl'r dr̃. primũ qdẽ ſubiectũ pri⁹. Deĩde aliter q̃ ſm potẽtiã: ⁊ ſm actũ. Nã alia ſm p̃tãtẽ priora ſunt: alia ſm actum:



vt ſm p̃tãtem quideʒ dimidietas toto: ⁊ pars toto ⁊ mã ſubſtãtia. Scḋm actuʒ vero poſterius: naʒ diſſoluta ſm actum erunt. Modo itaq; quodaʒ oĩa prius ⁊ poſterius dicta ſic dñr. ¶ Quedam eniʒ ſm generationẽ que ſine aliĳs eſſe contingit. vt totuʒ partibus. hec aũt ſm corruptioneʒ. vt pars toto: ſimiliter aũt ⁊ alia.

¶ Dicunt̃ quedã ante ⁊ poſt tanq̃ primuʒ ens ⁊ principiũ in vnoquoq; gñe: ⁊ qḋ eſt ꝓximũ alicui principio terminato: aut mõ ſimplici: aut nãliter: aut mõ relationis: aut vbi: aut qñ: aut q: ſunt ſicut dicim⁹ illa q̃ dñr añ ſm locũ qui eſt ꝓxim⁹ alicui loco terminato. V.g. loco medio aut vl'io: aut nãliter: aut caſu. Et remotũ dr̃ poſt: ⁊ etiaʒ dr̃ ante ſm tẽpus: aut in p̃terito: ⁊ eſt illud qḋ eſt remoti⁹ ab inſtãti: ſicut bella troianoꝝ fuerũt ante bella medoꝝ. Et in futuro: ⁊ eſt illud qḋ ẽ p̃ſenti ꝓpinquius alio mõ: ſicut dicimus q̧ fuit Clitus ante Hirinũ: q: eſt ꝓpinquior ad mõ. Et hic vtit̃ mõ quaſi prĩo ⁊ p̃cipio. Et dr̃ ante ſm motũ illud qḋ eſt ꝓpinqus ad motorẽ: ſicut puer qui eſt ante viruʒ ſm motũ. Et iſta ſunt principia aliqua mõ ſimplici. ¶ Et dr̃ ante ſm potẽtiã vel virtuteʒ ſicut dñs ante dominatuʒ. Dñs.n. q: eſt ſup̃ior in potẽtia dr̃ ante: ⁊ etiã illud qḋ eſt fortius dr̃ ante: ⁊ tale illud eſt qḋ coget alteꝝ ſequi ſuã volũtateʒ: ita q̧ ſi illud qḋ eſt ante nõ mouet̃/ nõ mouebitur illud qḋ eſt poſt: ⁊ ſi mouebitur/ mouebitur: ⁊ voluntas eſt principiuʒ hic. ¶ Et dicunt̃ ante ſʒ ordinẽ illa que adunant̃ in ſe ſʒ relationeʒ: ad aliquid vnum: ⁊ diuidunt̃ ſm diffinitionẽ: ſicut dicim⁹ q̧ ſtans eſt ſcḋus in ꝓpinquitate ante tertiũ: ⁊ neuma qḋ dicit̃.i. barbatica mediuʒ acutoruʒ eſt ante mediũ diſcretoꝝ. In illis eniʒ eſt principiũ illud qḋ ſtat capite. In iſtis eſt neuma qḋ eſt medium. Iſta igit̃ dñr ante ſm hunc moduʒ. ¶ Et dicit̃ ante alio modo illud qḋ ante per ſcientiaʒ eſt: ⁊ dr̃ ẽt ante mõ ſimplici. Et ẽt dicit̃ ante ſm diffõneʒ ⁊ ſenſuʒ. Scḋm aũt diffõnẽ illud qḋ eſt ante mõ vl'i. Scḋʒ vero ſenſuʒ res particulares.

Et ſm diffõnẽ vl̃r etiã accidẽs ante totũ ſicut muſicus ante hoiem muſicũ. Totũ eniʒ nõ erit penitus ſine pte. Et cũ hoc impoſſe eſt vt muſicus ſit ſi nõ fuerit aliquis muſicus pticularis. ¶ Et etiã dicunt̃ ante paſſiua ſicut res que ſunt ante ſicut rectitudo ⁊ leuitas. Vnũ.n. iſtoꝝ eſt paſſiuũ linee per ſe ⁊ aliud ſuperficiei. Quedã eniʒ dicunt̃ ante ⁊ poſt ſm hos modos. ¶ Et quedã dicũt̃ vniuerſal'r ⁊ ſubſtãtial'r: ⁊ ſunt illa que poſſe eſt vt ſint ⁊ nõ alia. Illa aũt nõ erũt neq; iſta: ⁊ iſta diuiſiõe vtebat̃ Plato. Ens igit̃ dicit̃ multis modis: dicit̃ enim primo ſm ſubiectũ qḋ eſt ante: ⁊ per qḋ ſubſtãtia erit ante. Et dicit̃ alio modo qui ſunt in potentia: ⁊ in actu ſicut dicimus. Potẽtia autẽ ſicut medietas eſt de toto ⁊ pars de toto: ⁊ materia d̃ ſubſtãtia. Actu vt ſicut illud qḋ ẽ poſt: erit eniʒ poſtq̃ʒ diſſoluit̃ quoquo modo. Igitur omnia que dicuntur ante ⁊ poſt ſm hos modos dicuntur. Et quedam ſunt poſſibilia vt ſint ⁊ non alia: ſicut ⁊ partes. Et quedam ſunt poſſibilia vt corrumpantur ⁊ non alia: ſicut diffinitio totius: ⁊ alia ſimiliter.

16 Et vnũ eoꝝ de quibus dicit̃ ante ⁊ poſt eſt illud qḋ eſt pncipium primũ in vnoquoq; generũ. V.g. principiũ in gñe ſb̃e ⁊ ĩ aliis generib⁹: ⁊ vl̃r dicitur ante de omni principio terminato: ⁊ de oĩ qḋ eſt ꝓpinqui⁹ alicui.ſ. principio terminato. B.d. aut mõ ſimplici ⁊c̃.i. ⁊ primũ principiũ de quo dicit̃ ⁊ de cuius ꝓpinquo ante: aut eſt primũ ſimpl'r: aut nãliter: aut ſm relationẽ: aut ſm locũ: aut ſm tẽpus aut ſm ſuũ eſſe. ¶ B. dedit exemplũ de illo qḋ eſt prius ſm tp̃us: ⁊.d. ⁊ dicit̃ ante ſm tp̃s ⁊c̃.i. ⁊ illud qḋ eſt prius in tp̃e p̃terito eſt illud qḋ magis diſtat a pñti: ſicut dr̃ q̄ bellũ troianũ fuit ante bellũ medoꝝ. ¶ B.d. ⁊ in futuro eſt illud qḋ eſt p̃ſenti ꝓpinquus ⁊c̃.i. ⁊ prius in tẽpore futuro eſt ecõtra priori in tp̃e p̃terito: prius eniʒ in tp̃e futuro eſt ꝓpinquius pñti: ſicut dr̃ p̃ſenti in p̃terito: aut eſt remotius a pñti: ſicut Agamẽnon a Ceſare. ¶ B.d. ⁊ preſenti vtit̃ hoc tanq̃ prĩo ⁊ poſteriore principio.i. in priori ⁊ poſteriori: nõ eniʒ eſt principiũ natural'r ſed poſitiõe. ¶ B.d. ⁊ dr̃ ante ſm motũ ⁊c̃.i. ⁊ intẽdit p primũ motoreʒ primã generationẽ hoĩs: puer eniʒ eſt ꝓpinquior prime generatiõi viro. ¶ B.d. ⁊ iſta principia ſunt modo ſimplici ⁊c̃.i. ⁊ iſta initia in quoꝝ reſpectu dr̃ poſt ⁊ ante ſunt initia ſimpl'r nõ ſm relationeʒ ſed alio mõ. ¶ B.d. ⁊ dr̃ ante ⁊c̃.i. ⁊ dicim⁹ q̄ dñs eſt ante dñatũ: q2 dñs eſt in digniori ordĩe: ⁊ vl̃r dicit̃ ante illud qḋ eſt forti⁹ ⁊ digni⁹: ⁊ eſt illud qḋ cogit illud qḋ eſt poſt vt volũtas ei⁹ cõſequat̃ volũtatẽ ſuaʒ: adeo q̄ ſi illud qḋ eſt prius nõ moueat̃: nõ mouebit̃ illud qḋ eſt poſt: ⁊ initiũ ſm qḋ dicitur hoc ante ⁊ poſt eſt voluntas: qm̃.ſ. voluntas



debilioris cõſequit̃ voluntatẽ fortioris. ⁊ hoc intẽdebat cum.d. ⁊ voluntas eſt initiũ. ¶ B.d. ⁊ dicit̃ aut ſm ordinẽ ⁊c̃.i. q̄ illa q̃ exiſtunt inſimul nõ pñt imaginari priora ⁊ poſteriora niſi reſpectu alicui⁹ poſiti in eis tanq̃ vnũ ⁊ principiũ.ſ. cõſiderãdo ſuum ordinẽ de illo ⁊ ſuum ordinẽ adinuicẽ. Dicimus eniʒ in acie hominũ q̄ ſecũdus eſt ante tertiũ in reſpectu primi qui eſt in capite: ⁊ ſimil'r dicimus q̄ tale neuma eſt ante tale in reſpectu alicuius primi in eis neumatibus. B.d. ⁊ dicit̃ ſm diffõnẽ.i. ⁊ diuerſant̃ ſm diffõnes ⁊ noĩa in reſpectu illius vnius: illud eniʒ qḋ cõſequit̃ illud vnũ dicit ſcḋʒ: ⁊ qḋ cõſequit̃ ſcḋm dicit̃ tertiũ ⁊ indifferẽter ſiue differãt in noĩbus ⁊ diffõnibus habitis ſm q̄ ſunt ⁊ cõueniũt: nõ eniʒ habent ante ⁊ poſt niſi ſm ordinẽ. Ordo aũt nõ fit niſi reſpectu alicui⁹ primi poſiti aut ĩtellecti. ¶ B.d. ⁊ dicitur ante alio modo ⁊.d. hoc: q2 illud qḋ eſt notius apud nos.ſ. prius in cognitione nõ eſt prius in eſſe. ⁊ iõ iſte modus eſt ali⁹ a prioribus modis. ¶ B.d. ⁊ etiã dicit̃ ante ſm diffõneʒ ⁊ ſenſum ⁊c̃. ideſt ⁊ illa que dicunt̃ ante ſm cõprehenſionẽ diuerſant̃ ab ĩtellectu ⁊ ſenſu. In intellectu a .n. notius eſt vl̃e q̃ pticulare: in ſenſu autẽ ecõuerſo. ¶ B.d. ⁊ ſm diffõnem accidẽs etiã ⁊c̃.i. ⁊ accidẽs ẽt prius eſt in diffõne reruʒ cõpoſitaꝝ ex ſubſtãtia ⁊ accidẽte. Diffõ eniʒ cõpoſiti ex iſtis cõſtituit̃ ex iſtis duab⁹ partib⁹.ſ. ſubſtãtia ⁊ accidente: ⁊ ptes cuiuſlibʒ ſunt priores illo: q2 ſumunt̃ in ipſa diffõne. V.g. q̄ hõ ⁊ muſicus ſunt priores diffõne hominis muſici. ⁊ cũ hoc hõ eſt prior muſico: muſicus eniʒ nõ erit niſi homo fuerit. ¶ B.d. ⁊ etiã dicuntur ante paſſiua ⁊c̃.i. ⁊ dicit̃ q̄ paſſiua paſſionib⁹ ꝓpriis ſunt ante paſſiones ⁊ accñtia: ſicut dicit̃ q̄ ſupficies eſt ante hanc paſſionẽ ꝓpriam que dicit̃ leuitas: ⁊ q̄ linea eſt ante rectitudineʒ que eſt ꝓpria paſſio linee. ¶ B.d. q̃dã igit̃ dñr ante ⁊ poſt ⁊c̃.i. ſpecieꝝ igit̃ prioris ⁊ poſterioris quedã ſunt iſta que determinauim⁹. ¶ Et quedã dicunt̃ p̃ora natural'r: ⁊ ſunt illa que cũ fuerint nõ ſequit̃ vt poſteriora ſint: ⁊ ſi poſteriora fuerint illa erũt: ⁊ hoc intẽdebat cũ.d. ⁊ ſunt illa que poſſibile eſt vt ſint ⁊ nõ alia. B.d. ⁊ iſta diuiſione vtebat̃ Plato. ⁊ innuit q̄ hec diuiſio qua ipſe vſus fuit in priori ⁊ poſteriori eſt quã.d. in fine p̃dicamentoꝝ.ſ. quinq; genera famoſa: ⁊ nõ eſt dubiũ ex hac diuiſiõe. ¶ Hec dicta diminuunt̃ ꝑ primũ in dignitate: ⁊ ſicut diminuit̃ ex illa diuiſione prius in cognitione. ¶ B.d. ⁊ cũ ens igit̃ dr̃ multis modis ⁊c̃.i. ⁊ cũ hoc nomẽ ens dr̃ de decẽ p̃dicamẽtis: ens qḋ eſt ſb̃tũ alioꝝ nouẽ entiũ eſt ante oĩa entia: ⁊ ens ex quo fit ſb̃a eſt etiã ante ſb̃aʒ: ⁊ ſil'r ens in potẽtia eſt pri⁹ ente in actu. ¶ B.d. exẽplũ d̃ vtroq; ente: ⁊.d. potẽtia aũt eſt ſicut dimidiũ qḋ eſt duplũ in potẽtia: ⁊ ſil'r ps q̃ eſt totũ ĩ potẽtia: ⁊ ſil'r mã q̃ eſt ſb̃a in potẽtia: act⁹ vero cũ refert̃ huic videbit̃ poſteri⁹: ⁊ hoc cõtingit qñ intellectus diſſoluerit cõpoſitũ in mãm ⁊ formã ⁊ ſciuerit ipm cõponi ex his duob⁹. ¶ B.d. oĩa igit̃ que dicunt̃ ante ⁊ poſt ⁊c̃.i. ⁊ iſti modi quos numerauim⁹ determinant̃ oẽs modos p̃oris ⁊ poſterioris. ¶ B.d. ⁊ q̃dã poſſe eſt vt ſint ⁊ nõ alia ⁊c̃.i. ⁊ prioꝝ q̃dã poſſe eſt vt ſint ⁊ nõ ſint poſteriora: ⁊ quedã poſſe eſt vt corrũpant̃ ⁊ nõ corrũpant̃ poſteriora: ⁊ iſte ſunt cãe ad quas cõſequunt̃ cauſata. ¶ Et videt̃ tacere cõſequẽtia ꝓpter manifeſtationeʒ eoꝝ. ¶ Et intendit per totum ⁊ partes genus ⁊ ſpecies: ⁊ per partẽ ⁊ totum ſpeciem ⁊ genus.

Ordo non fit niſi reſpectu alicuius p̃mi poſiti aut ĩtellecti. idẽ p̃ ph. cõ. 4 ⁊ contra thõmiſtas.

a In ĩtellectu noti⁹ eſt vl̃e q̃ pticulare ꝯtra noĩales: cõſidera tamen iſtã rĩã 12. meta 6. cõ. 4.

¶Caplm Undecimū.

Poteſtas dicit᷑ alia quidē principiū motꝰ:aut mutatiōis:aut in altero:aut inq̄ʒtū alterū: vt edificatiua poteſtas eſt que nō exiſtit in edi/ficato. Sʒ ars medicinalis poteſtas ens exi/ſtit vtiqꝫ in ſanato:ſʒ nō inq̄ʒtū ſanatum eſt. Ergo totalr̄ principiū mutatiōis aut motꝰ dr̄ ptās ī altero:aut inq̄ʒtū alteꝝ. Hec aūt ab altero īq̄ʒtū alteꝝ. Scdʒ quā.n.patiēs patit᷑ aliq̄d qn̄qꝫ q̄dē:ſi qdcūqꝫ pati ſit poſſe:dicimꝰ eē an topaten:qn̄qꝫ aūt nō ſʒ oēʒ paſſionē:ſʒ ſi ad meliꝰ. Ad/huc aūt vt bn̄ hoc efficiat᷑:aut ſm volūtatē. Qn̄qꝫ.n.ſo/lum vtiqꝫ ambulātes:aut loquētes nō bene autē:aut nō vt vellent:nō dicimꝰ poſſe loqui aut ambulare. Silr̄ au tem ⁊ in pati. Amplius quicūqꝫ habitꝰ ſm quos impaſ/ſibilia oīno ⁊ īmutabilia:aut nō facile in peius mobilia poteſtates dicunt᷑. Frangunt᷑ aūt ⁊ cōterunt᷑:⁊ curuant᷑: ⁊ oīno corrūpunt᷑:nō per poſſe:ſed per nō poſſe:⁊ deſi cere ī aliquo. Impaſſibilia vero taliū aut vix:aut ⁊ mo dicū patiunt᷑ ꝑꝑ potētiā ⁊ poſſe aliqualr̄ ſe habere. Di/cta vero poteſtate totiēs:⁊ potēs vno quidē modo dice tur qd hʒ motus principiū aut mutatōis. Etenim id a quo ſtatꝰ quieſue ꝓficiſci pōt potēs aliq̄d in altero:aut inq̄ʒtū alteꝝ. Uno vero ſiquid ab ipo aliud poteſtatē hʒ talē. Uno aūt ſi hʒ ꝑmutari in quolibet ſm ptātē ſiue in peius ſiue in meliꝰ. Etenīʒ corruptibile videtur eē poſ/ſibile corrūpi:aut vtiqꝫ nō corrūpi ſi erat impoſſe. Nūc autē diſpōnē quandā hʒ ⁊ cām ⁊ principiū talis paſſio/nis. Aliqn̄ quidē igitur ꝑ habere aliq̄d videtur aliqn̄ ꝑ priuari tale eſſe. Si aūt ꝑuatio eſt habitus aliquo mō: oīa in hn̄do vtiqꝫ erunt aliq̄d:equoce vero dicimꝰ ens. Quare in habēdo habitū quēdā ⁊ principiū eſt poſſe:⁊ hn̄do hmōi priuationē ſi ↄtingit habere priuationem. Uno vero in nō hn̄do ipſiꝰ poteſtatē aut pricipiū ī alio inq̄ʒtū eſt aliud corruptiuū. Amplīꝰ aūt hec oīa aut ī ſo/lis accidere fieri:aut nō fieri:aut in bn̄:nam in inaīatis

ineſt talis poteſtas:vt in organis. Aliam.n.dicunt poſſe ſonare lyrā:aliā vero nō ſi nō eſt bene ſonās. Impoten tia aūt eſt priuatio potētie ⁊ talis principij ſublatio q̄dā qualis dicta eſt:aut oīno:aut ī apto nato habere:aut qn̄ aptū natū eſt iam habere. Nō.n.dicūt ſilr̄ impoſſe gene rare puerū ⁊ virū ⁊ eunuchū. Amplīꝰ aut ſm vtrāqꝫ po/tentiā eſt īpotētia oppoſita ei q̄ ſolū motiue:⁊ ei que bn̄ motiue. Impoſſibilia vero hec quidē ſm impotētiā hāc dicunt᷑:alia alio mō:puta poſſe ⁊ impoſſe. Impoſſe q̄deʒ cuius ↄriuʒ ex neceſſitate verū:vt diametrū cōmēſurabi lem eſſe eſt impoſſe:qꝛ falſuʒ tale:cuius ↄriū nō ſolū verū ſed ⁊ neceſſe nō cōmēſurabilē eſſe.ergo cōmenſurabile nō ſolū falſuʒ:ſʒ ex neceſſitate falſuʒ. Cōtrariuʒ alia huic poſſibile qn̄ nō neceſſe fuerit ↄriuʒ falſum eſſe:vt ſedere hominē poſſibile eſt.nō.n.ex neceſſitate nō ſedere ē fal ſum. Ergo quidē poſſe vno mō ſicut dictū eſt qd non ex neceſſitate falſum ſignificat. Alio vero verū eſſe:alio cō tingēs verū iam. Scdm metaphorā aūt que in geome/tria dicit᷑ potētia. Hec quidē igit᷑ poſſibilia nō ſm potē tiā. Que vo ſm potētiā oīa dn̄r ad primā vnā. Hoc aūt eſt ꝓncipiū mutatiōis in alio inquātū aliud. Alia nāqꝫ di cunt᷑ poſſibilia:hoc q̄dē eoꝝ in hn̄do ad aliq̄d aliud ta/lem potētiā. Illa vero in hoc hn̄do ſic: alia in ſic hn̄do. Silr̄ aūt ⁊ impoſſia. Quare ꝓpria diffō prime potentie vtiqꝫ erit ꝓncipiū ꝑmutatiuū in alio inq̄ʒtū aliud.

¶Potētia dicit᷑ multis modis. Dicit᷑.n.potētia princi piū motꝰ aut trāſmutatōis ī alio ſm qꝫ eſt aliud ſicut ars edificādi que eſt potētia:⁊ nō eſt ī eo qd edificat᷑. Sʒ ars medicine eſt potētia:⁊ eſt in eo q ſanat᷑:ſed nō ſm qꝫ ſa natur. Principiū igitur vniuerſale trāſmutatōis ⁊ motꝰ dicit᷑ potētia in alio ſm qꝫ eſt aliud:⁊ dr̄ potētia illud ꝑ qd poſſibile eſt vt aliq̄d moueatur ab alio ſm qꝫ eſt aliud ⁊ etiā illud ꝑ qd patitur aliq̄d in quo facta eſt aliq̄ actio ab eo qd agit in ipſo:⁊ hʒ potētiā patiēdi eius qd eſt bo num ⁊ cōuenientiā ad recipiēduʒ. Et etiā dicit᷑ potētia ꝑ

q̃ aliqd ſit melius:⁊ actio ſit ſm ꝙ opꝫ:ſicut dñr potentes hoĩes qui pñt in bonitate ſermonis:⁊ illi q ſermocinant̃ nõ ſm ꝙ opꝫ nõ dñr eẽ potẽtes.Et ſilr eſt ĩ paſſione ẽt.Et ẽt dr̃ potẽtia in oĩbus entibꝰ qbus res nõ patiunt̃ oĩno nec trãſmutant̃:aut quibꝰ motꝰ rerũ nõ erunt ad priora.Oẽ.n.qd̃ frãgit̃ ⁊ deſtruit̃ aut corrũpit̃ aliq̃ corruptõe: accidit ei hoc:nõ qꝛ hꝫ potẽtiã:ſꝫ qꝛ nõ hꝫ potentiã:aut qꝛ diminuit̃ ab eo aliqua potẽtia.Et dñr nõ tãgibilia iſta in qbꝰ difficilis eſt tactus:aut quoꝝ tactꝰ eſt equalis:pp potẽtiã exñtẽ in eis:⁊ qꝛ ſunt potẽtia aliquo mõ.Et cũ potẽtia dr̃ his modis:potẽs ẽt dr̃ vno mõ illud qd̃ hꝫ principiũ motꝰ aut trãſmutatiõis in alio ſꝫ ꝙ eſt aliud.Et alio mõ dr̃ potẽs illud qd̃ hꝫ potẽtiã talem q̃ alicuiꝰ eſt qd̃ eſt aliud.Et ẽt illud qd̃ hꝫ potentiã qua trãſmutat̃ in aliqd aut in peius aut in meliꝰ. Qd̃.n.corrũpit̃ exiſtimat̃ eſſe potẽs ad corrũpi:⁊ niſi hoc eẽt non corrũperet̃.ſ.niſi hr̃et hãc potẽtiã.Sꝫ tñ hꝫ aliquã diſpoſitionẽ ⁊ cãm ⁊ pricipiũ vt recipiat talẽ paſſionẽ ⁊ forte exiſtimat̃ eẽ ſꝫ hãc diſpõnẽ:qꝛ hꝫ aliqd: aut qꝛ forte hꝫ priuationẽ illiꝰ:⁊ cũ nõ eẽ igit̃ eſt eẽ aliquo mõ.oĩa igit̃ hñtia aliqd ex quo dr̃ mõ equocatõis:⁊ ꝑ qd̃ dñr potentia.ergo nõ dicitur aliqd habere hãc priuationẽ niſi in tpe in quo poſſe eſt vt ſit illa ꝑuatio. Et cũ nõ habuerit potentiã illiꝰ:tũc dicet̃ habere aliqd pricipiũ corrũpẽs aliud:⁊ ẽt in oĩbus iſtis accidit aut ſola gnãtio:aut non gnãtio:aut bonitas gnãtiõis. Iſta.n.potẽtia eſt in rebꝰ inaĩatis.ſ.in inſtrũtis.Dicimꝰ.n.ꝙ quedã inſtrũta. V.g.illud ꝙ lutina loqtur ⁊ quedã nõ loquũtur cuꝫ nõ fuerint boni ſoni:qꝛ nõ potẽtia ẽ ꝑuatio potẽtie:⁊ initiũ qd̃ eſt ſilr eius qd̃ dictuꝫ fuit:aut mõ vlr: aut illud qd̃ hꝫ nãm recipiẽdi gnãtionẽ:⁊ in tpe in quo hꝫ nãm recipiendi. Nõ.n.ſunt ſilr̃es ſermones dicẽtes ꝙ ĩpotẽtia eſt puerũ generare ⁊ caſtratũ:⁊ ẽt vtraqꝫ potentiaꝝ hꝫ ĩpotentiã oppoſitã in ſitu illi̇̃ que mouet tm̃:⁊ illa per que ſit motus melior.Et ſm iſtam impotentiã dicuntur res non

habere



habere potẽtiã:⁊ alio mõ dr̃ res potẽs:⁊ nõ potẽs. Dr̃ eniꝫ impotẽs illud cuiꝰ ꝯ̃triuꝫ eſt veꝝ neceſſariũ. V.g.ꝙ diametrũ eẽ ſimetrũ coſte nõ hꝫ potẽtiã:qꝛ hoc ẽ falſuꝫ. Suũ aũt ꝯ̃triuꝫ nõ ſolũmõ eſt veꝝ: ſed neceſſariũ.Ergo ſimetruꝫ nõ tm̃ eſt falſuꝫ:ſed falſuꝫ neceſſariũ. Et ꝯ̃triuꝫ huic eſt potẽs:⁊ nõ eſt neceſſariũ:ſꝫ ꝯ̃triuꝫ huic ẽ falſuꝫ. Qm̃ ſi hoĩeꝫ ſedere eſt potẽtia:nõ eſt neciũ tm̃:ergo nõ ſedere eſt falſum.Potẽtia igit̃ alio mõ falſuꝫ ſignificat qd̃ nõ eſt neciuꝫ:⁊ alio mõ ſignificat eſſe veꝝ:⁊ alio mõ illud eſt poſſe vt ſit veꝝ.Et modus trãſumptõis in geometria:potẽtia iſta igit̃ dicunt̃ poſſe nõ impotẽs. Que aũt dicunt̃ in potẽtia oĩa dicunt̃ in reſpectu ꝑmi vniꝰ.ſ. ꝑncipij trãſmutatõis in alteꝝ ſm ꝙ eſt alteꝝ.Altera.n. dicunt̃ potẽtes:qꝛ q̃dã hñt talẽ potẽtiã:⁊ q̃dã nõ:⁊ q̃dã hñt iſtaꝫ potẽtiaꝫ ſm ꝙ opꝫ. Et ſilr iſta q̃ nõ hñt potentiam.Erit igitur diffinitio que eſt ꝑme potẽtie ꝑncipiũ tranſmutatiõis in alteꝝ ſm ꝙ eſt alterum.

¶Deinde.d.⁊ ẽt ꝑ qd̃ patit̃ ⁊c̃.i.⁊ ẽt dr̃ potẽtia de ꝑncipio ꝑ qd̃ patit̃ aliqd ab agẽte aliquã actionẽ in eo paſſiõe meliori ⁊ ꝯuenientiori ad recipiẽduꝫ illaꝫ actionẽ. ¶ Et.d.hoc qꝛ patiẽtia ab alijs q̃daꝫ patiũtur ad melius ⁊ h̃ dñr hr̃e potẽtiã ⁊ q̃daꝫ ad peius:⁊ h̃ nõ dñr hr̃e potentiã. ¶ D.d.⁊ ẽt dr̃ potẽtia ⁊c̃.i.⁊ dr̃ potẽtia de forma ⁊ habitu ꝑ quas aliqs agit bona actiõe:ſicut dr̃ ꝙ illi qui bene ſermocinant̃ hñt potẽtiã in bono ſermone. Bonitas.n.inuenit̃ in potentijs actiuis ⁊ paſſiuis:⁊ dñr hr̃e potẽtiaꝫ alio mõ a duobꝰ modis narratis.hoc.n. eſt quaſi genꝰ eoꝝ.Sunt igitur quattuor modi ſm quos dr̃ hoc nomẽ potẽtia. ¶ D.d.modũ qntũ.⁊.d.⁊ ẽt dr̃ potẽtia in oĩbus entibꝰ ⁊c̃.i.⁊ dr̃ potẽtia de formis ⁊ habitibꝰ qbus res nõ recipiunt paſſioneꝫ ⁊ trãſmutatiõeꝫ:⁊ vlr nõ facile mouent̃ ad peius.ſ.ad corruptionẽ ⁊ diminutionẽ. Oĩa.n.que frãgunt̃ ⁊ vlr que facile trãſmutant̃ ab extrinſecis accidit eis:hoc nõ qꝛ hñt potẽtiã:ſed qꝛ diminuit̃ ab eis potentia aliqua:⁊ iſta potẽtia eſt genꝰ qualitatis q̃ dr̃ nãlis potẽtia vel impotẽtia. ¶ D.d.⁊ dicunt̃ nõ tãgibilia ⁊c̃.i.⁊ iſta ĩ qbꝰ exiſtit̃ potẽtia:⁊ cũ dicunt̃ nõ tãgibilia.i.nõ potẽtia apud ꝯtactũ: qm̃ difficile patiunt̃ ab eis:imo alia a qbꝰ tãgunt̃ magis patiunt̃ pp potẽtiã in iſtis. ¶ D.d.⁊ qꝛ ſunt alio mõ.i.⁊ hoc nomẽ potẽtia dr̃ de iſtis q̃ exiſtũt in eis ꝑncipiũ potẽs.i.expellẽs ab eis.D.d.cũ igit̃ potẽtia dicat̃ d̃ iſtis ⁊c̃.i.⁊ cũ declaratũ eſt ꝙ potẽtia dr̃ ſm iſtos modos.ergo ſm potentie dr̃ ſm iſtos modos.Dicit̃.n.ꝑmo mõ illud qd̃ hꝫ ꝑncipiũ trãſmutatiõis in alio ſm ꝙ eſt aliud. ¶ D.d.⁊ alio mõ dr̃ potẽs ⁊c̃.i.⁊ dr̃ potens alio mõ illud qd̃ hꝫ potẽtiã qua patiat̃ ab alio.D.d.⁊ ẽt illud qd̃ hꝫ potẽtiaꝫ vt trãſmutet̃ ⁊c̃.i.⁊ ẽt dr̃ potẽtia illud in quo exiſtit ꝑncã 17

Hoc cõmẽtuꝫ eſt defectuoſum qꝛ dimittit magnã parteꝫ textuꝫ. Bonitas inuenit̃ in potentijs actiuis ⁊ paſſiuis.

piuʒ quo poſſe eſt vt tranſmutet̄ ab alio in aliud: ⁊ illud aliud aut erit peius aut melius. ℂ D. d. qd̄. n. corrūpit̄ ⁊c̄. i. ⁊ dr̄ in eo qd̄ trāſmutat̄ ad peius qd̄ h̄ʒ potētiā: qm̄ ſi illud qd̄ trāſmutat̄ ad corruptionē nō h̄ret potētiā nō trāſmutaret̄. V. g. ꝙ ſi illud qd̄ corrūpit̄ nō h̄ret potētiaʒ in corruptione: impoſſe eēt vt corrūperet̄. Et cum ita ſit iſta h̄nt diſpōnes in ſe ⁊ cāſ ⁊ p̄ncipiū quib⁹ recipiūt trāſmutationē. ℂ D. d. ⁊ forte exiſtimat̄ ⁊c̄. i. ⁊ illud qd̄ dr̄ potēs dr̄: q: exiſtimat̄ h̄re aliquā diſpōneʒ qua ſit potens in illud: ⁊ illud qd̄ dr̄ non h̄re potētiaʒ dr̄: q: exiſtimat̄ carere diſpōne qua ſit potens. ℂ D. d. ⁊ cū nō eſſe eſt ⁊c̄. i. ⁊ cū priuatio qua dr̄ aliqd̄ non h̄re potentiā dr̄ multis modis ſm̄ equocationē: q: priuatio eſt aliqs habit⁹: manifeſtū eſt ꝙ in potētia dicit̄ multis modis ſm̄ equocatōeʒ: ⁊ ſilr̄ patiētia que opponit̄ ei. ℂ D. d. nō. n. dr̄ ꝙ aliqd̄ h̄ʒ p̄uationē niſi ⁊c̄. i. ⁊ cū dicim⁹ aliqd̄ nō h̄re potētiam in hoc. ſ. aliqd̄ carere diſpōne qua ſit potēs: hoc dicim⁹ in t̄pe in quo h̄ʒ illaʒ p̄uationē. V. g. ꝙ hō non dr̄ non h̄re potētiā ad ambulādum niſi in t̄pe in quo caret potētia qua poſſit ambulare. D. d. ⁊ cum nō habuerit potentiā illius: qm̄ in t̄pe in quo in aliquo exiſtit p̄uatio potētie in illo exiſtit aliud p̄ncipiū qd̄ corrūpit illaʒ potētiā ⁊ qd̄ facit p̄uationē. ℂ D. d. ⁊ ēt oīa iſta accidūt. i. ⁊ cōe eſt iſtis oībus ꝙ ꝓpoiſta. ſ. potētias ⁊ p̄uatiōes / accidit aut ḡnatio aut nō ḡnatio: aut bonitas ḡnatōis: ⁊ q: p hoc qd̄ dixit. nō ḡnatio. intēdebat p̄uatōeʒ ⁊ maliciaʒ ḡnatiōis: incepit declarare hoc: ⁊ dixit. iſta. n. potētia eſt in rebus ⁊c̄. i. ⁊ dicim⁹ nō ḡnationē intelligēdo malitiaʒ: q: manifeſtū eſt in idiomate greco ꝙ malitia actiōis demr̄at̄ per priuationē actiōis: ⁊ hoc manifeſtū eſt nō tm̄ in potētijs aīatis: ſed ēt in inaīatis. Inſtra eniʒ quoꝝ ſoni ſequunt̄ modulatiōes hominū q̄dā dicunt̄ loq̄ ⁊ q̄daʒ nō: intelligēdo nō bene ſonare. ℂ D. d. qm̄ impotētia eſt p̄uatio potētie. i. qm̄ malitia ꝓuenit ex īpotentia: ⁊ īpotētia eſt p̄uatio potentie. D. d. ⁊ initiū qd̄ eſt ſilr̄ dicto ⁊c̄. i. ⁊ initiū qd̄ eſt ſilr̄ p̄dicto. ſ. de quo dr̄ potētia ⁊ īpotētia: aut demonſtrabit intētionē cōeʒ oībus modis potentiaꝝ: aut nō potentiaꝝ: aut ſolūmō demr̄at̄ per hanc potentiaʒ illud qd̄ h̄ʒ potētiaʒ nālr̄: ⁊ in t̄pe in quo h̄ʒ potentiā: ⁊ per nō potētiam demonſtrat̄ illud qd̄ caret potētia in t̄pe in quo caret potentia: aut de oīb⁹ de q̄bus dr̄ non h̄re potētiaʒ: hoc. n. multiplr̄ narrat̄. Dicere. n. puerū non h̄re potētiā generādi: ⁊ virū perfectū caſtratuʒ non h̄re potētiā generādi: nō ſignificat idē. ℂ D. d. ⁊ ēt vtraq̄ʒ potētiaꝝ ⁊c̄. i. ⁊ hoc dʒ eſſe ita. ſ. ꝙ potētie ſunt tot quot impotētie. q: oē qd̄ dr̄ potens h̄ʒ oppoſituʒ qd̄ dr̄ impotēs. V. g. ꝙ oē h̄ns potentiā aliquā potentiaꝝ mouēdi h̄ʒ oppoſitū ꝓpriuʒ qd̄ dr̄ impotētia: ⁊ ſm̄ illum modū mouēdi. ℂ D. d. ⁊ ſm̄ hanc īpotētiā dn̄r res nō h̄re potētiā. i. ⁊ ſm̄ has intentōes q̄s nūerauim⁹ dr̄ potētia ⁊ īpotētia in rei veritate. D. d. ⁊ dn̄r res ⁊c̄. i. ⁊ ſm̄ trāſumptionē dr̄ potētia ⁊ nō potētia de alijs nō cōſiderādis hic. ſed dn̄r equoce cū predictis que attribuunt̄ vni rei. ℂ D. incepit numerare iſta: ⁊. d. dicim⁹. n. impotēs ⁊c̄. i. ⁊ intendit per hunc ſermonē ꝙ potentia dr̄ de neceſſario affirmato: ⁊ nō potentia de neceſſario negato ecōtra diſpōni ⁊ potētia ⁊ īpotentia q̄ dicunt̄ poſſibiliter: ⁊. d. dr̄ eniʒ impotēs ⁊c̄. i. qm̄ q̄n fuerit dictuʒ de illo qd̄ non pōt in geometria ꝙ eſt potēs erit falſuʒ: ⁊ ſuuʒ ꝯtrariū qd̄ eſt verum erit verū neceſſariū. V. g. ponere diametrū coſte ſimetruʒ

Priuatio ē aliqs habitus. Vid̄ p hoc. 10. me. tex. cō. 15. ⁊ 2. phy. c. 15. ⁊ que ibi.

Potētie ſūt tot quot īpotentie.



hoc erit falſum ⁊ impoſſe: ſed ſuū oppoſituʒ erit verū ſemp. ℂ Et hoc intendebat cū. d. vt diametrū eſſe ſimetrū ⁊c̄. D. d. ſuū aūt ꝯtrariū. i. ꝯtrariū aūt huius ꝓpōnis. ſ. ꝙ diametrū eſt potēs. ſ. ꝙ diametrū nō pōt nō eſſe aliqd̄ verū: ſed verum eſt ſemp. D. d. ſimeter igitur nō eſt tantū falſum ⁊c̄. i. dicere enim diametruʒ eſſe ſimetruʒ non eſt tantū falſuʒ: ſed falſuʒ neceſſariū non poſſe. ℂ Et cū declarauit ꝙ falſuʒ in iſtis eſt falſuʒ neceſſariū: ⁊ verū verū neceſſariū: incepit notificare ꝙ ecōuerſo eſt impotētia vera: ⁊. d. ⁊ ꝯtrariū huic ē potēs ⁊c̄. i. ⁊ dicere potēs in rei veritate ⁊ eſt illud qd̄ eſt in rebus nālib⁹ potēs: ⁊ dicere poſſe eſt ecōuerſo geometrie. Cuʒ. n. dixerim⁹ in reb⁹ aliq̄bus poſſibilibus aliqd̄ eſſe ⁊ fuerit verꝝ: tunc ſuū ꝯtrariū erit falſuʒ nō ſemp: ſed qd̄ pōt eē verꝝ. ℂ D. d. qm̄ ſi hoīeʒ ſedere ⁊c̄. i. qm̄ ſi hoīeʒ ſedere fuerit potētia anteq̄ͦ exiſſet in actū: nō tn̄ ipſuʒ ſedere eſt neciuʒ ſed pōt trāſmutari. D. d. ḡ nō ſedere eſt falſuʒ. i. ⁊ cū ſedere nō eſt neciū. ḡ dicere de ſedēte ipſuʒ eē nō ſedēteʒ duʒ ſedet eſt falſuʒ: ſed poſſe tn̄ eſt vt ſit verꝝ. ℂ D. d. potētia igit̄ ſignat ⁊c̄. i. vera igit̄ potētia eſt illa q̄ q̄n res in qua pōt fuerit poſita in actu q̄n pōt erit falſuʒ: ſed nō falſuʒ neceſſariū ſed falſuʒ poſſe. ſ. ꝙ poſſe eſt in verū reuerti. ℂ D. d. ⁊ alio mō ſignificat ⁊c̄. i. ⁊ verꝝ ⁊ falſuʒ q̄ īueniunt̄ in impoſſi ſunt alio mō ab eis q̄ inueniunt̄ in necio: ⁊ potētia nō dr̄ vere niſi in poſſibus: in geometricis aūt dr̄ equoce ſm̄ trāſumptionē. ℂ D. d. iſta igitur. i. iſta aūt q̄ dicunt̄ potētia in geometria nō vere dn̄r ſed trāſumptiue: illa aūt de q̄bus dr̄ hoc nomē potentia in rei veritate. ſ. res mobiles oīa dicunt̄ ſm̄ ſilitudinē ad illud de quo dr̄ hoc nomē potētia in hoc ḡne p̄ncipaliter. ⁊ eſt p̄ncipiū in re ꝑ per qd̄ innatū eſt agere in aliud aut pati ſub alio ſm̄ ꝙ aliud. ℂ D. d. alia. n. dn̄r potētia ⁊c̄. i. potētia aūt q̄ dr̄ de rebus q̄ ſunt generis paſſionis ab illo dr̄: q: hoc accidit eis; q: in eis exiſtit potētia ſic̄ potētia vera agēs: ⁊ dixim⁹ hoc nomē in potētia d̄ reb⁹ q̄ ſunt velocis paſſiōis ab alijs q̄ caret potētia v̄a. Et dr̄ potētia nālis q̄n q̄ʒ de eo qd̄ h̄ʒ verā potētiā agētē ſʒ ꝙ oʒ. ſ. in fine bonitatis. ℂ Et hoc intēdebat cuʒ. d. ⁊ quedā h̄nt iſtaʒ potentiā ſm̄ ꝙ opʒ. ⁊ p totuʒ hoc intēdebat ꝙ h̄ noīa potētia ⁊ īpotētia q̄ ſunt ḡna q̄litatis dicunt̄ his modis ꝓꝑ hoc ꝙ h̄nt in ſe aliqd̄ ex eo de quo dr̄ nomē in rei veritate. ſ. de potētijs agētib⁹ in aliud ſm̄ ꝙ eſt aliud: ⁊ patiētib⁹ ex alio ſm̄ ꝙ eſt aliud. ℂ Deinde. d. diffinitio igitur que eſt ⁊c̄. i. diffinitio vera que eſt prime potentie prior omnib⁹ diffinitionib⁹ eoꝝ de quibus dicit̄ hoc nomē potētia eſt diffinitio dicens ꝙ principiū trāſmutationis in alteruʒ ſm̄ ꝙ eſt alterum.

Potētia in geometricis ē trāſumptiue. ſed in rebus mobilibus reperit̄ vere.

## ℂ Capituluʒ Duodecimuʒ.

Quantuʒ vero dicit̄ qd̄ eſt diuiſibile in ea que inſunt: quoꝝ vtrunq̄ʒ: aut ſingulum: vnum aliquid ⁊ hoc aliquid natuʒ eſt eſſe. ℂ Multitudo ergo quātuʒ aliquid ſi fuerit numerabilis. Magnitudo aūt ſi menſurabilis fuerit. dr̄ aūt multitudo quidē diuiſibile ꝑtāte in nō continua. Magnitudo aūt qd̄ in ꝯtinua. Magnitudinis vero q̄ q̄dē ad vnū

cõtinua lõgitudo. Que autẽ ad duo latitudo. Que aũt ad tria ꝓfunditas. hoꝝ aũt pluralitas quidẽ finita numerus: ſed lõgitudo linea ⁊ latitudo ſupficies: ⁊ ꝓfunduꝫ corpus. Amplius alia dicuntur ſm ſe quãta: quedã alia ſꝫ accidẽs: vt linea quãtuꝫ aliqd ſm ſe: muſicũ vero ſm accidẽs. Eoꝝ vero que ſm ſe ſunt: alia ſm ſbaꝫ ſunt vt linea quãtum quid. Nam in ratione quid eſt dicente quãtuꝫ qd exiſtit. Alia paſſiones ⁊ habit⁹ talis ſunt ſbe. vt multuꝫ: ⁊ paucũ: ⁊ ꝓductũ: ⁊ breue: ⁊ latuꝫ: ⁊ ſtrictũ: ⁊ ꝓfunduꝫ: ⁊ humile: ⁊ graue: ⁊ leue: ⁊ alia talia. Sunt aũt ⁊ magnum ⁊ paruum: ⁊ maius ⁊ minus: ⁊ ſm ſe ⁊ adinuicẽ dicta quãti paſſiones ſm ſe: transferunt etiaꝫ ⁊ ad alia hec nomina. ſm accidens vero dictoꝝ quantoꝝ hoc quidẽ ſic dr̃: ſicut dictũ eſt: q: muſicuꝫ quãtuꝫ ⁊ albũ p eẽ quãtuꝫ aliqd cui inſunt. Alia vt mot⁹ ⁊ tps. Etenĩ hmõi quãta quedã dñr ⁊ cõtinua: eo ꝙ illa diuiſibilia ſunt / quoꝝ ſũt he paſſiões. Dico ãt nõ qđ mouet ſed qđ motũ eſt. Nã p eſſe quãtuꝫ illud ⁊ mot⁹ eſt quãt⁹. Tempus vero per ipſum. ſ. motuꝫ.

¶ Dicit quãtitas illđ qđ diuidit ĩ res q̃ ſunt in eo quoꝝ vnũqđq;: aut vnã hꝫ nãꝫ: vt ſit aliqd vnũ. Et ẽt dr̃ multa quãtitas illud qđ numerat: ⁊ magna quãtitas illud qđ menſurat aliqua mẽſura. Et dr̃ multũ illud qđ diuidit ſm numerũ in rebus diſcretis. Magnũ aũt eſt illud qđ diuidit in rebus cõtinuis. Et magnitudo continua ſm vnã parteꝫ eſt longitudo: ⁊ ſm duas latitudo: ⁊ ſꝫ tres eſt ꝓfundũ. Et multitudo ex iſtis reb⁹ finitis eſt numerus: ⁊ longitudo ẽt linea: ⁊ latitudo in ſupficie: ⁊ ꝓfundum in corpe. Et ẽt quãtitatũ q̃daꝫ dñr p ſe: ⁊ q̃dã per accñs. V.g. linea eſt quantitas p ſe: muſic⁹ aũt p accñs. Et quantitatũ que dicũtur per ſe: q̃dã eſt ſba ſicut linea. Eſt enĩ aliqua quãtitas in diffõne q̃ ſignificat qd ſit aliqua quãtitas: ⁊ q̃daꝫ ſunt paſſiones ⁊ eẽntie talis ſube: ſicut multũ. ⁊ paucũ: ⁊ longũ: ⁊ breue: ⁊ latũ: ⁊ ſtrictũ: ⁊ ꝓfundũ: ⁊ tenue: ⁊ leue: ⁊ graue: ⁊ alia ſilia: ⁊ ẽt paruũ ⁊ magnuꝫ: ⁊ maius: ⁊ minus. Et dñr eſſe paſſiões quãtitatis per ſe ẽt ſm ſermonẽ referantur. Per ſe autẽ iſta ſunt noĩa que trãſmutant: ⁊ de alijs ẽt. Quãtitatũ vero que dicunt per accidẽs: quedã dicunt ſic: ſicut dr̃ ꝙ muſicus eſt quãtitas: ⁊ albũ ẽt. Illud aũt cuius ſunt hꝫ aliã quantitatẽ: ⁊ quedã dicunt ſicut motus ⁊ tps. Iſta enĩ dicta ſunt quãtitates ꝯtinue q: illa quoꝝ iſti ſunt paſſiones diuidunt: ⁊ dico nõ motũ ſꝫ quo mouet: qm̃ q: illđ eſt quãtitas ⁊ mot⁹ ẽt eſt q̃ꝫtitas: ⁊ tps ẽt ꝑ motũ.

Iſte ſermo põt eſſe quaſi diſſolutio cõtinue ⁊ diſcrete quãtitatis. oẽ. n. qđ diuidit: diuidit in res que nãliter ſunt vnũ. ¶ Et põt 18
intelligere quãtitatẽ diſcretã q̃ diuidit in vnitates indiuiſibiles nãliter. quãtitas vero cõtinua diuidit in vnitates: ſed tñ recipiũt diuiſionẽ. ¶ Et q: multa: aut ſunt multa ſm vnitates diſcretas: aut ſm vnitates cõtinuas: dixit. ⁊ dr̃ multa quãtitas ⁊c̃. i. ⁊ dicit multa quãtitas oẽ qđ numerat per vnum numerale: ⁊ dicit magna quãtitas oẽ qđ menſurat per menſurã continuã. ¶ D. d. ⁊ dicit multũ ⁊c̃. i. ⁊ multum dicit de rebus diuiſibilib⁹ in vnitates numerales. Magnitudo enĩ que eſt quãtitas cõtinua eſt que diuidit in cõtinua: ⁊ quaſi intẽdebat declarare ꝙ quicqd diuidit in indiuiſibilia nãliter eſt numer⁹: ⁊ quicqd diuidit in res indiuiſas ſed receptibiles diuiſionis eſt magnitudo. ¶ D. numerauit magnitudines: ⁊. d. ⁊ magnitudo continua ⁊c̃. i. ⁊ magnitudo extenſa in vna pte tm̃ eſt linea: ⁊ que extẽdit in duab⁹ partibus eſt ſupficies: que aũt in trib⁹ eſt corp⁹ qđ hꝫ longitudinẽ ⁊ latitudinẽ ⁊ ꝓfundũ. ⁊ accipit latitudinẽ loco ſupficiei: qm̃ quicqd hꝫ latitudinẽ hꝫ longitudinẽ: ⁊ qcqd hꝫ longitudinẽ ⁊ latitudinem / eſt ſupficies: ⁊ eodẽ mõ accepit ꝓfundũ loco corpis. D. d. ⁊ ẽt quãtitatũ ⁊c̃. i. ⁊ intẽdit p illa que dñr accñtalr̃ illa qbus ꝯtingit mẽſuratio: q: ſunt in quãtitate eẽntialr̃. ſ. ꝯtinua. ¶ D. d. exẽpluꝫ: ⁊. d. ſicut linea q̃ eſt aliqua quãtitas p ſe. muſic⁹ aũt ⁊ albus diuidit per accñs: qm̃ accidit albo ⁊ muſico vt ſint in cõtinuo. ¶ D. d. ⁊ q̃titatũ q̃daꝫ ⁊c̃. i. ⁊ quãtitatũ ſunt eẽntialr̃: quedã eſt quãtitas p ſe ⁊ quedã eſt quãtitas que accidit quãtitati que eſt per ſe ſicut magnũ ⁊ puuꝫ: ⁊ longũ: ⁊ breue: ⁊ latũ: ⁊ ſtrictũ: ⁊ ꝓfundum ⁊ nõ ꝓfundũ: ⁊ ſitus ⁊ priuatio ſit⁹. Leue aũt ⁊ graue numerant in accidentib⁹ quãtitatis ſcđa intentiõe: ſunt. n. quãtitates nãles ſed collocant ſub accñtibus quãtitatis: q: grauitas ⁊ leuitas diuidunt eadẽ diuiſiõe qua magnitudo diuidit: ẽ igitur de quãtitatib⁹ ſcđa intentiõe. ¶ D. d. ⁊ ẽt magnuꝫ ⁊ puũ ⁊c̃. i. magnũ ⁊ paruũ cum accipiunt ſm ꝙ ſunt diſpõnes magnitudinis eẽntiales dñr eẽ paſſiões ⁊ accñtia quãtitatis. ⁊ cũ reſpiciũt vnũ in reſpectu alteri⁹ vident collocari ĩ caplo relõnis. Relatio. n. accidit quãtitati ⁊ ceteris p̃dicamẽtis. ¶ D. d. per ſe autẽ ⁊c̃. i. quãtitas q̃ eſt quãtitas p ſe dr̃ de ꝯtinua ⁊ de alijs: ⁊ intendit vt mihi vr̃ ens. ¶ Et põt ĩtelligi de alijs accñtib⁹ quãtitatis. V. g. eq̃le ⁊ alia. ¶ D. d. q̃titates ãt q̃ dñr p accñs ⁊c̃. i. illa aũt q̃ dñr accñtalr̃

Dña inter multũ ⁊ magnum.

Vide ſpẽs magnitudinis p̃ celi. t. cõ. 3.

Idem ſmo phy. 15.

Grauitas ⁊ leuitas ſunt in p̃dicamẽto q̃titatis ſcđa ĩtẽtiõe. Vide oppm̃ 2. đ aĩa. 108. ⁊. 4. ce. c. 2.

a Quõ magnũ ⁊ puuꝫ diuerſimode ſunt relationes ⁊ quãtitates.

nõ dñr quãtitates niſi illud in quo ſunt ſit q̃titas ꝑ ſe. ¶ B. d. ⁊ q̃dã dñr ſic mot⁹ ⁊c̃. i. ⁊ q̃titatũ eſt motus ⁊ tp̃s: iſta aũt ſunt q̃titates ꝑ ſe ⁊ ꝯtinue. ¶ B. dedit cãz. ⁊. d. illa. n. q̃ꝝ iſte ſunt paſſiões diuidunt ⁊c̃. i. ⁊ iſta ſunt q̃titates: qꝛ ſunt accñtia ꝯña eẽntialr̃ illa q̃ ſunt q̃titates ꝑ ſuã ſbãz. ſ. magnitudinẽ q̃ diuidit eẽntialr̃: ⁊ ꝑmo. Mot⁹. n. ꝯſequit magnitudinẽ: ⁊ diuidit ꝑ ſuã diuiſionẽ: ⁊ tp̃s ꝯſequit motũ. Iſta igit ſunt de paſſiõib⁹ quãti nõ d̃ ſbã quãti. ¶ B. d. ⁊ dico nõ motũ ⁊c̃. i. ⁊ dico ꝙ mot⁹ ſunt paſſiones quãtitatis nõ ꝑꝑ motũ: ſed ꝑꝑ illud in quo eſt mot⁹. ſ. magnitudinẽ ꝑ quã eſt mot⁹. ¶ B. d. qꝛ illud ẽ quãtitas ⁊c̃. i. qm̃ illud ꝑ qd̃ eſt mot⁹ eſt q̃titas: mot⁹ ẽt erit q̃titas: ⁊ qꝛ mot⁹ ẽ q̃titas: tp̃s ẽt erit q̃titas: cõſequit. n. mot⁹ ſpaciũ: ⁊ tp̃s ꝯſequit motũ. ¶ Et poſuit hic motũ de ſpẽb⁹ q̃titatis qd̃ nõ fecit in libro p̃dicamẽtoꝝ: ⁊ illic locũ qd̃ nõ fecit hic. Et foꝛte diuiſit hic locũ qꝛ apud ipſuz eſt de paſſionib⁹ q̃titatis: ⁊ iõ nõ poſuit ipſuz in eis q̃ ſũt q̃tũ ꝑ ſuã ſbãz. Mot⁹ ãt nõ ꝯſuetudo vt mẽſuret ꝑ ſuã ꝑtez ſed ꝑ ſuũ ſpaciũ aut ꝑ tp̃s: ⁊ iõ nõ noĩauit illũ in p̃dicamẽto q̃titatis in p̃dicamentis: ⁊ illic ſolũmõ intẽdit nũerare ſpẽs famoſas q̃titatis.

Quot mot⁹ ⁊ tẽp⁹ ſunt q̃titates per ſe.
Uid. 6. ph. 80.
4. phy. 98. 103.
Documẽtũ
Uide de lõ/co. 6. ph. 37

## ¶ Capl'm Decimũtertiuz.

Quale dr̃ vno qdez mõ dĩa ſbe: vt quale qd̃ hõ aĩal: qꝛ bipes: ſed ⁊ equ⁹ quadrupes: ⁊ circulus qdez equalis: qꝛ quedaz figura. qꝛ agonon quaſi dĩa ꝺ̃z ſbaz qualitate exiſtẽte. Uno qdẽ itaqꝫ mõ hec dr̃ qualitas dĩa ſbe. ¶ Alio aũt mõ vt ĩmobilia ⁊ mathematica: ſicut numeri quales qdã ſunt: queadmodũ cõpoſiti: ⁊ nõ ſoluz ad vnum entes: ſed quoꝛuz mutatio ſuperficies ⁊ ſoliduz. Hi vero ſunt quotiens quãti: aut quotiens quot quãti: ⁊ totalr̃ pꝛeter quãtitatez exiſtit in ſba. naz ſba cuiuſlibz qd̃ ſemel: vt ipſoꝛuz ſex nõ que bis: aut ter ſunt: ſed que ſemel. ſex eniz ſemel ſunt ſex. ¶ Amplius quecũqꝫ paſſiones eaꝝ que mouent ſbaꝝ: vt caloꝛ: ⁊ frigiditas: albedo: ⁊ nigredo: grauitas: ⁊ leuitas: ⁊ quecũqꝫ talia ꝺ̃m q̃ dñr mutari coꝛpa ꝑmutatiũ. ¶ Amplius ꝺ̃m virtutez ⁊ vitiuz ⁊ omnino bonuz ⁊ maluz. Fere nanqꝫ ꝺ̃m duos modos dicere quale eſt: ⁊ hoꝝ vno ꝑncipaliſſimo. Prima qdez qualitas ſubſtantie differentia: huius aũt quedam pars: ⁊ que in numeris qualitas. nam differentia quedaz ſbaruz eſt: ſed aut non motoꝛũ aut nõ inquãtuz ſunt mota. He aũt paſſiones motoꝛuz inquãtuz ſunt mota: ⁊ motuũ dĩe. Uirtus aũt ⁊ vitiũ paſſionũ pars q̃daz

Sex ſemel ſunt ſex.



eſt. Differentias eniz oſtendũt motus ⁊ actus ꝺ̃m quos faciunt aut patiunt: aut bene: aut pꝛaue que ſunt in motu. Poẽ naqꝫ ſic moueri aut agere bonũ. Quod aũt ſic ⁊ ꝯ̃rie pꝛauũ. Marie aũt bonuz ⁊ maluz ſignificãt quale in aĩatis: ⁊ hoꝛũ marie in habẽtibus ꝓhereſim.

Bonũ ⁊ malũ marie in aĩatis q̃lita tez ſigant.

¶ Qualitas dr̃ vno mõ illud ꝑ qd̃ differt ſba: ſicut dicimus ꝙ hõ eſt aĩal quale: ⁊ equ⁹ dr̃ ſic ẽt. Et ſi q̃ſitũ fuerit a nobis q̃ eſt qualitas figure circuli: dicem⁹ ꝙ eſt figura ſine angulo: ⁊ iſta eſt qualitas per quaz differt ſubſtãtia. Qualitas dicit quoqꝫ vno modo ꝺ̃m ꝙ narrauimus de alietate ſubſtantie. ¶ Et dr̃ alio modo ſicut res que non mouentur: ⁊ mathematica etiaz ſicut numeri. Dicuntur eiz q̃litates alique ſicut cõpoſiti: ⁊ qui nõ ſunt ꝺ̃z eandez diſpõnem tm̃: ſed qui aſſimilant ſuperficiei plane ⁊ coꝛpori. Et iſta ſunt qualitates in quãtitatib⁹ vel quãtitates in qualitatibus: ⁊ vlr̃ qd̃ eſt in quãtitate de ſubſtantia. Subſtantia eniz cuiuſlibet eſt ſemel. U. g. ſex nõ eſt bis tres: ſed ſemel ſex. ¶ Et etiã omnes paſſiões mobiles ſicut caliditas ⁊ frigiditas: ⁊ albedo ⁊ nigredo: ⁊ leuitas ⁊ grauitas: ⁊ oĩa de quibus dicunt: ⁊ omnia per quorum tranſmutationez trãſmutantur coꝛpoꝛa: ⁊ que attribuuntur ſtudio ⁊ pꝛauitati: ⁊ vlr̃ bono ⁊ malo. Qualitas igitur fere dicit duob⁹ modis quoꝝ vnus eſt ver⁹. Prima igit qualitas differt a ſubſtantia: ⁊ qualitas que eſt in hominib⁹ eſt pars earũ. Eſt. n. aliqua alietas ſubſtantiarum ĩmobilium ꝺ̃m ꝙ ſunt ĩmmobiles. Paſſiua igit ſunt res mobiles ꝺ̃z ꝙ ſunt mobiles ⁊ modi motuũ ⁊ ſtudium ⁊ pꝛauitas ſunt aliqua pars paſſiuoꝛum: que ſignificant differentias motus ⁊ actionis: ⁊ ꝑ illa agunt aut patiunt modo bono aut malo illa que ſunt in motu. Qd̃ enim eoꝛuz habet potentiaz vt moueatur aliquo motu: aut vt agat alia actione eſt bonuz: ⁊ qd̃ eoꝛuz mouetur econtrario eſt maluz. Et in maioꝛi parte bonuz ⁊ malum ſignificant qualitatem in animatis: ⁊ iſtoꝛuz in maioꝛi parte in eis que hñt voluntatez.

Prim⁹ modus ꝑ eſſentiali dĩa.
Sed̃s modus qualitatis mathematicoꝝ.
Terti⁹ modus qualitatis ꝑ paſſionibus.

19 Non intendit hic de ſpēbus quātitatis ⁊ qualitatis ſm ꝙ ſunt predicamēta: ſed ſolūmodo intēdit numerare intētiones quas ſignificāt he dictiones quantitas ⁊ qualitas: ⁊ iō incepit hic a qualitate que eſt ſba. ¶ Et. d. qualitas dr̄ ⁊c̄. i. ⁊ qualitas q̄ dicit̄ mō primo eſt illa que dr̄ de illo ſm ꝙ differūt ſbe adinuicē. ſ. de generib⁹ ⁊ ſpecieb⁹ ſubſtātialib⁹. V. g. qm̄ hō differt a plantis p aīalitatē: aīalitas igit̄ in eo ē qualitas: ⁊ ſlr̄ in equo: qm̄ aīalitas eſt in eo qualitas: ⁊ in hoc genere cōcludunt̄ vl̄r oēs drīe ſbales vltime. ſ. drīe ſpecieꝝ vltimaꝝ: ſed nō vltime. ſ. drīe generū ſbales. ¶ D. d. ⁊ ſi queſitū fuerit a nobis ⁊c̄. i. ⁊ ſm intētionē ꝓpinquā qua hic dr̄ qualitas cōſtans circa quātitatē ſm ꝙ eſt quātitas: qm̄ per illā differunt quātitates in ſuis ſubſtātijs. ¶ V. g. ꝙ ſi queſitū fuerit a nobis quā figurā hꝫ circulus aut que eſt figura circuli: dicemus figura nō hn̄s angulum: ⁊ hec vox nō hn̄s angulū eſt drīa ſbalis figure. ¶ Et hoc intendebat cū. d. iſta eſt qualitas p quā differunt ſbe. ⁊ intēdit ſbam quātitatū: nō illud qđ eſt ſba ſimpl̄r. ⁊ ſuppoſuit hoc ī hoc gn̄e: qꝛ iſta ſunt de ſuis ſubſtātijs quaſi forme ſubſtātiales de ſubſtātijs. ¶ D. d. qualitas igitur ⁊c̄. i. ⁊ cū ita ſit ſicut narrauim⁹: ergo qualitas dr̄ de illo ſm ꝙ differūt res in ſuis ſubſtātijs. ſ. de formis ſuis. ¶ D. d. ⁊ dr̄ alio mō ⁊c̄. i. ⁊ dr̄ quale de illo ſm ꝙ differūt ēt entia īmobilia. ſ. que nō exiſtūt in mā aut verbis tm̄: aut ſermone ⁊ eē: ſicut quidā opīnant̄ mathematica eſſe ſubſtātias abſtractas. ¶ D. d. ſicut numeri ⁊c̄. i. ſicut numeri qui dicūtur in arithmetica cōpoſiti nō primi. Numeroꝝ eniꝫ compoſitoꝝ: quidā ſunt qui aſſimilant̄ ſupficiei circulari: ⁊ quidā corporali: ⁊ quidā corporeo: ⁊ ideo arithmetici ſolent dicere: iſte numerus eſt ſuperficialis: ⁊ iſte ſolidus. ¶ Deinde. d. iſte igit̄ ſunt qualitates in quātitatib⁹ ⁊c̄. i. ⁊ iſti numeri aut eſt dicēdū ꝙ ſbe eorum ſunt q̄litates in quātitatib⁹: aut quātitates multiplicate p q̄litates. ¶ D. d. vl̄r quātitas que eſt in ſba. ſba. n. cuiuſlibet eſt illud qđ eſt ſemel. V. g. ſex ⁊c̄. i. ſed vl̄r apparet ꝙ oē qđ eſt de quantitate diſcreta tanq̄ ſba ⁊ forma eſt vnicū in quātitate: nō quātitas in q̄litate: ſicut ſex cui⁹ ſba ē vnicū ſex nō tres binarij. ¶ D. d. ⁊ ēt oēs paſſiones ⁊c̄. ideſt ⁊ dicit̄ qualitas ēt alio mō de omnib⁹ paſſionib⁹ de quibus eſt tranſmutatio motus. V. g. colore: frigore: albedine: nigredine: ⁊ omnibus rebus attributis iſtis per quas trāſmutant̄ corpora in quib⁹ īuenit̄ motus. ¶ Et. d. hoc: qꝛ qualitates per quas differūt corpora ⁊ quātitates in ſuis ſubſtātijs nō ꝑtinent motui neqꝫ p illas mouent̄ corpora: vt declaratū eſt in. 7. phy. ¶ D. d. ⁊ que attribuunt̄ ſtudioſitati ⁊c̄. i. dn̄r qualitates de formis que ſunt in aīatis que attribuunt̄ ſtudioſitati: aut prauitati: aut malo. aut bono. ¶ D. d. qualitas igit̄ fere ⁊c̄. ⁊ intendit p duos modos qualitates quibus pertinet motus: ⁊ qualitates quib⁹ non ꝑtinet. ¶ D. d. ⁊ iſtorū modoꝝ quoꝝ vnus eſt verus: ⁊ intēdit qualitates ſubſtātiales in q̄bus nō eſt motus. D. d. quale igitur primū ⁊c̄. i. per qđ differūt entia in ſuis ſubſtantijs. ¶ D. d. ⁊ qualitas que eſt in hoībus eſt pars ⁊c̄. i. ꝙ qualitates q̄ ſunt in aīatis ſunt de q̄litatib⁹ in q̄bus nō eſt mot⁹. D. expoſuit hoc: ⁊. d. ſunt. n. alie trāſmutatiōes ⁊c̄. i. ⁊ cā ꝓp quam ſtudioſitas ⁊ prauitas concludunt̄ in qualitatibus eſt: qꝛ ſunt paſſiones ⁊ forme ſubſtantie īmobilis eſſentialiter. ſ. anie. ¶ D. d. ⁊ ſtudioſitas ⁊ prauitas ⁊c̄. i. ⁊ ſtudioſitas ⁊ prauitas quoquo modo intrāt qualitates: ⁊ in qualitatibus ⁊ in quibus eſt motus que cōſequunt̄ differētias motus qui eſt in corporib⁹. ſ. alterationis vere: qm̄ conſequit̄ ſtudioſitas ⁊ prauitas: ex eis enim mutant̄ motus animatoꝝ: aut ad melius: aut ad peius: aut ad ſtudioſum: aut ad prauum. ¶ D. d. ⁊ per illas agunt aut patiūtur ⁊c̄. i. ⁊ iſtas differētias patiunt̄ ad peius: aut agunt ad meli⁹ res animate in quib⁹ eſt motus. ¶ Et hoc intēdebat cum. d. qm̄ iſtoꝝ que habēt potētiā vt moueant̄ ⁊c̄. i. qm̄ formaꝝ animataꝝ illa per quam homo pōt moueri voluntarie a voluntate ⁊ intellectu motu ad aliqđ bonū eſt paſſio que eſt bona: ⁊ illa per quā nō pōt hoc ſed patit̄ a voluntate: ⁊ mouetur ab eo eſt malum. ¶ D. d. ⁊ in maiori parte bonum ⁊ malum ſignificāt ⁊c̄. ⁊ hoc manifeſtū eſt: quoniā hec nomina bonū ⁊ malū a nō dicunt̄ ſimpliciter in maiori parte niſi de accidētibus ꝓuenientibus a formis que ſunt in animatis: ⁊ p̄cipue in animatis rōnabilibus: ⁊ quādoqꝫ dicit̄ bonū ⁊ nō bonū de actionibus ei⁹: qđ nō eſt rōnabile: ſꝫ raro. b ¶ Ari. etiā nō videt̄ hic numerare in qualitate genus qđ dicit̄ ſm potentiā ⁊ impotētiā naturalē. Iſta eniꝫ ſunt propter preparatiōes ⁊ actiones ⁊ potentie nō qualitates in actu: ⁊ iſte preparationes cōſequunt̄ qualitates ſubſtātiales: ⁊ inquātū ſunt potentie numerauit eas inter potētias: ⁊ inquantū ſunt preparationes ſunt priuationes nō eſt ꝑſcrutatus de eis in. 7. phyſi. vtrū in eis ſit mot⁹ aut nō: ⁊ nota hoc: qꝛ meli⁹ eſt.

Bocumētū 5. phy. 18.

Vid. 7. ph. 18.

Scđs modus.

Terti⁹ modus.

Qualitates p q̄s dr̄nt corpa ī ſuis ſbijs ⁊ q̄titates nō ꝑtinēt motui.

Vid. 7. ph. 18. 19. 20. ⁊ 5. phy. 10. ⁊ 4. phy. 84.

a Bonū ⁊ malū nō dicūt̄ ſimpl̄r ⁊ in maiori pte niſi de accn̄tibus ꝓueniētibus a formis q̄ ſunt ī animatis. ſed oppoſitū vr̄ velle phs. 6. meta. t. cō. 8.

b Documētū

Vid. 7. ph. 20.

¶ Cap. Decimūquartū.

AD aliquid dicuntur alia per ſe vt duplū ad dimidiū: ⁊ triplum ad tertiā partē: ⁊ totaliter multiplicatū ad multiplicati partē: ⁊ continens ad contentū. Alia vt calefactiuū ad calefactibile: ⁊ ſectiuū ad ſecabile: ⁊ omnino actiuū ad paſſiuū. alia vero vt menſurabile ad menſuram: ⁊ ſcibile ad ſcientiā: ⁊ ſenſibile ad ſenſum. Dicuntur autem prima quidē ſm numerū: aut ſimpliciter aut determinate ad ipſos: aut ad vnum: vt duplum quidē ad vnū: vt numerus determinatus. Multipliciter vero ſm numerū ad vnum: nō determinatū aūt: vt hunc: aut hunc. Emioliū aūt ad ſubemioliū ſm numerū ad numerū determinatū. ſupparticulare aūt ad ſupparticulare ſꝫ indeterminatos: vt multiplex ad numerū: cōtinēs aūt ad cōtētū oīno indeterminatū ſm numerū. Numerus. n. cōmēſurabilis. Scđꝫ nō cōmēſurabilē aūt numerum dicunt̄. Continēs. n. ad cōtentū tm̄ quid eſt ⁊ amplius. Hec aūt indeterminata. Quodcūqꝫ. n. euenit eſt aut equale: aut nō equale. hec igit̄ ad aliq̄d oīa ſm nu/

merũ dicunt: ⁊ numeri ⁊ paſſiones. Et ampli⁹ equale: ⁊ ſil'e: ⁊ idẽ ẜm aliũ modũ. Scdm.n. vnũ dñr oĩa. Eadẽ

Quid ſil'ia nãq; quoꝝ vna eſt ſubſtãtia. Sil'ia vero ſunt quoꝝ quali
Quid eq̃lia tas eſt vna. Equalia quoꝝ quãtitas eſt vna. Vnũ autez
Quid eadẽ. numeri principiũ eſt ⁊ metrũ. Quare hec oĩa ad aliqd dicunt ẜm numerũ quidẽ: nõ tñ eodẽ mõ. ¶ Actiua vero ⁊ paſſiua ẜm potentiã actiuã ⁊ paſſiuã ſunt: ⁊ actiões potentiaꝝ: vt calefactiuũ ad calefactibile: q2 põt: ⁊ iterũ calefaciẽs ad id qδ calefit: ⁊ ſecans ad id qδ ſecat tanq̃ agẽtia. Eorũ vero que ſunt ẜm numerũ nõ ſunt actiões ſ3 qũo in alijs dictũ eſt: qδ aũt ẜm motũ actiões nõ exiſtunt. Eoꝝ aũt que ẜm potentiã: ⁊ ẜm tp̃us iam dicunt ad aliqd: vt quod fecit ad factũ: ⁊ facturũ ad faciẽdum. Sic enim pater filij dicit pater. Hoc quidẽ.n. fecit: illδ aũt paſſum quid eſt. Amplius quedã ẜ3 priuationẽ potẽtie vt impoſe: ⁊ quecũq; ſic dñr vt inuiſibile. Scdz numerũ quidẽ igit ⁊ potẽtiã dicta ad aliqd oĩa ſunt ad aliquid: eo q̃ ipſuz qδ eſt alteri⁹ dicit: ipſum quidẽ: ſ3 non eo q̃ ad illud aliud. Mẽſurabile vero: ⁊ ſcibile: intellectuale: eo q̃ aliud ad ip̃m dr̃ ad aliquid dñr. Nã intellectuale aliqd ſignificat qδ ipſius intellect⁹ eſt. Non eſt autem ĩtellect⁹ ad hec cuius eſt intellect⁹: bis.n. idẽ dictũ vtiq; erit. ſimil'r aũt ⁊ alicuius viſus eſt viſus: ⁊ nõ cui⁹ eſt viſus: q̃uis hoc verũ ſit dicere: ſ3 ad colorez: aut ad aliqd tale. Illo vero modo bis idem diceret: q2 eſt viſus cuius eſt viſus. Scdm ſe quidẽ igit dicta ad aliqd hec quidẽ ſic dicunt illa vero ſi ipſoꝝ genera ſunt talia: vt medicina eoꝝ que ad aliquid q2 ipſius gen⁹ ſcia videtur eſſe eoꝝ que ad aliqd. Amplius ẜm quecũq; habẽtia dicunt ad aliqd: vt equalitas q2 equale: ⁊ ſil'itudo q2 ſimile. Alia vero ẜm accidẽs: vt homo ad aliquid: quia accidit ei duplũ eſſe: hoc aũt eſt eoꝝ que ad aliqd: vt albũ ſi acciderit eidẽ albũ ⁊ duplũ.

¶ Quedã dñr relatiua ſicut duplũ ad dimidiũ ⁊ triplũ ad ſubtriplũ: ⁊ oẽ qδ multiplicat multotiẽs ad alterũ: ⁊



nõ oẽ qδ multiplicat multotiẽs: ⁊ eſt ſicut qδ eſt ſupius ad illud qδ eſt magis ſupius: ⁊ qδdã dr̃ ſicut calefaciẽs ad calefactũ: ⁊ abſcindẽs ad abſciſſuz: ⁊ oẽ agẽs ad patiẽs: ⁊ quedã ſicut mẽſuratũ ad mẽſurãs: ⁊ ſcitũ ad ſciaz ⁊ ſenſatũ ad ſenſuz. ¶ Primũ.n. relatiuoꝝ dr̃ mõ nume Prim⁹ modus.
ri: aut illud qδ eſt mõ ſimplici: aut terminat: ⁊ p illδ refert ad illa: aut ad vnũ: ſicut duplũ ad vnũ qδ eſt numerus terminat⁹. Numer⁹ aũt multiplex: nõ ẽ relatiuũ ad vnũ terminat. ſicut illud: ⁊ eſt terminatuz de ſimplicib⁹ ante duplũ. Multiplex aũt ſuppartiẽs nõ eſt termiatũ. Totũ eniz ⁊ dimidiũ ad totũ dimidiũ ⁊ numer⁹ ad numerũ eſt terminatũ. Totũ eniz ⁊ ps ad diminutũ in pte nõ eſt terminatũ: ſicut multiplex ad vnũ ſupius: aut ad magis ſupius: mõ vl'i nõ eſt terminatũ ẜ3 numerũ. Numerus eniz eſt equalis. Et iſta dñr ẜm numerũ nõ eq̃lẽ ⁊ ſupius ad magis ſupius: ſicut illud ad illud nõ terminatũ: q2 eſt vnũ duoꝝ qδ ex eis cõprehẽdit: aut equale: aut nõ equale. Oĩa igit iſta relatiua dñr p numerũ: ⁊ p accñtia numeri etiã. ¶ Et dr̃ ẽt alio mõ equale: ⁊ ſil'e: ⁊ Modus ſimilis prius.
idẽ. Sunt igit eadẽ. Oĩa.n. iſta dñr ẜm vnuz modũ: q2 referunt ad vnũ. Sũt q̃dã igit eadẽ q2 ſubſtãtia eoꝝ eſt vna. Et ſil'ia quoꝝ q̃litas eſt vna. ⁊ vnũ eſt principiũ numeroꝝ ⁊ mẽſura eoꝝ. Oĩa igit iſta dicũtur relatiua: ſed non eodẽ modo. ¶ Paſſiua aũt ⁊ actiua per potentiaz Scds modus.
actiuam ⁊ paſſiuã: ⁊ actionẽ potentiarũ: ſicut calefaciẽs qδ calefacit. quia poteſt etiam calefaciens ad illud qδ calefacit: ⁊ abſcindens ad illud quod abſcindit. Que autẽ ſunt ẜm numeruz non actiones habẽt niſi ẜm modum dictũ in alijs. Actiones.n. que nõ ſunt per motuz nõ habẽt. ⁊ dicunt relatiua illa que ſunt ẜm tp̃s: vt agẽs ad patiẽs. ⁊ illud qδ aget ad illud qδ patiet. ⁊ ſic dicit pater eſt pater filij. Pater etiã qδdã eniz eſt agẽs ⁊ patiẽs etiã. ⁊ etiã quoddã dicit δ eo qδ caret potẽtia: ſicut illud qδ nõ h3 potentiã. ⁊ oĩa que dñr ſil'ia ſicut nõ termiatũ. Oĩa igit relatiua que dñr modo numeri ⁊ potẽ

ſte ſunt relatiua: q꞉ eſſentia eoꝝ dicunt̃ ad aliq̃d: ⁊ nõ q꞉ illud aliud dr̃ ad illa. ¶ Menſuratũ aũt ⁊ intellectum ⁊ ſcitũ dicit̃ relatiuũ: q꞉ ad illud dicit̃ aliud aliq̃d. Intellectũ eniꝫ ſignificat habere intellectũ: ⁊ intellect⁹ nõ eſt relatiuus ad illud qđ eſt intellect⁹: qm̃ ſi hoc dicat̃ tũc idẽ dicet̃ bis. V.g. ſi viſus eſt viſus ad aliq̃d nõ eſt viſus illius qđ eſt. ⁊ ſi iſte ſermo eſt verus ſed dr̃ reſpectu coloris: aut aliud aliq̃d tale. per illud aũt dr̃ idẽ bis. aut illud cuius eſt viſus. ¶ Relatiua igit̃ que dicunt̃ per ſe: quedã dicunt̃ hoc modo: ⁊ quedã dicũt̃ q꞉ ſunt genera talia: ſicut medicina que eſt relatiua: q꞉ ſuũ genus qđ eſt ſciã exiſtimat̃ eſſe relatiuũ. ⁊ etiã oĩa que ſunt in eis. Et dicit̃ relatiuũ ſicut equalitas q꞉ equale: ⁊ cõſilia pp̃ ſimilitudinẽ. Et relatiuoꝝ eſt qđ dicit̃ modo accñtali: ſicut homo qui eſt relatiu⁹: q꞉ accidit ei eſſe duplũ alicuius. ⁊ hoc eſt relatiuoꝛuꝫ. Et ſimiliter album accidit eidem vt ſit duplum: ⁊ album etiam.

Tertiꝰ modus.

Que ſũt relatiua p accidens.

20 Ideſt ꝙ vna ſpecierũ relatiõis terminate eſt ſicut duplũ ⁊ dimidiũ: ⁊ oẽs qui multiplicant̃ per numerũ ad numerũ ꝓductum cum numerus ꝓductus ſit multipl'r ad illos duos numeros ductos vnũ in alterũ ſm̃ vnitates vtriuſq꜂ eoꝝ. ¶ D. d. qđ multiplicatur multotiẽs eſt ⁊c̃. i. q꞉ relatio numeroꝝ multiplicatoꝛuꝫ eſt relatio terminata: ⁊ relatio numeri ſuperioꝛis ad magis ſuperius eſt relatio nõ terminata: ſicut relatio pauci ad multũ. D. d. ⁊ qđdã ſicut calefaciẽs ⁊c̃. i. ⁊ qđdã relatiuoꝝ eſt in potẽtijs actiuis ⁊ paſſiuis ſicut calefaciẽs. Non. n. acq̃rit hanc diſpõnem niſi in reſpectu illius qđ calefacit: ⁊ ſimil'r abſcindens ad abſciſſum: ⁊ vl'r agẽs ad patiẽs. ⁊. d. ſicut menſura ad menſuratũ ⁊c̃. ¶ Et cũ dixit iſtos tres modos relatiuoꝝ dicit. primũ aũt relatiuoꝝ ⁊c̃. i. ⁊ relatiuoꝝ exñtiũ in numeris q̃daꝫ ſunt quibus relatio eſt terminata. V.g. ꝙ duplũ eſt duplũ dimidij: ⁊ ꝙ duo eſt duplũ vnius: ⁊ tria triplex vnius: ⁊ ſil'r alij modi numeroꝝ attributoꝝ ad vnũ: ⁊ hoc intẽdebat cũ. d. ⁊ per illud refert̃ ad illa aũt ad vnũ: qm̃ relatio terminata eſt ſicut dixim⁹ eſſe duo tria quattuoꝛ quinq꜂. Omnia eniꝫ iſta ſunt multiplicatiua vnius multiplicatione terminata. ¶ Deinde dedit exẽpluꝫ de nõ terminato. ⁊. d. numerus aũt multiplex ⁊c̃. i. ⁊ intẽdit ꝙ cuꝫ aliquis dixerit: iſte numer⁹ eſt multiplex: hoc non dicet̃ in reſpectu alicuius numeri terminati niſi determinet multiplicationẽ. V. gr̃a. vt dicat quadrupluꝫ aut ſexcuplum. Deinde. d. ⁊ iſtud determinatũ ex ſimplicib⁹ eſt ante duplum. i. ꝙ numerus terminatus qui eſt dimidiũ eſt ante duplũ in oꝛdĩe numeroꝝ ⁊ vterq꜂ eſt terminatus. D. d. multiplex aũt ſuppartiẽs nõ eſt terminatũ ⁊ intẽdit niſi numeret̃ numerus multiplicis ⁊ numer⁹ ſuppartiẽ

Expõ ꝑmi modi.



tis. ¶ D. d. totũ eniꝫ ⁊ dimidiũ ⁊c̃. i. ꝓpoꝛtio eniꝫ ⁊ dimidium ⁊c̃. i. ꝓpoꝛtio. n. totius ad totũ: ⁊ dimidiũ eſt ꝓpoꝛtio terminata: ⁊ ſil'r talis numerus ad talẽ numerũ. D. d. totũ aũt ⁊ pars ⁊c̃. i. ꝓpoꝛtio. n. totius ad partẽ ⁊ illius partis ad magis diminutum nõ eſt ꝓpoꝛtio terminata: ſicut dicimus iſte numerus eſt multiplex ad vnũ ſine determinatione. D. d. ſuperius aũt ⁊c̃. i. dicere aũt ꝙ iſte eſt ſupioꝛ iſto ⁊ iſte ſuperioꝛ alio eſt ꝓpoꝛtio nõ terminata: q꞉ iſti excedũt ſe ſm̃ numeros ⁊ nõ equales: ⁊ illud eſt terminatũ ex eis q꞉ ſuccedũt ꝑ numeros equales: iſti aũt poſſunt excedere ſe ſm̃ numeros equales ⁊ non equales. Deinde. d. omnia igitur iſta relatiua ⁊c̃. i. omnia igitur iſta relatiua que numeri vnius ſunt relatiua: aut q꞉ ſunt ipſius numeri: aut q꞉ ſunt in accidentibus numeri: ⁊ accidentia numeri ſunt min⁹ ⁊ plus ⁊ addens: ⁊ diminuẽs: ⁊ equale: ⁊ inequale: ⁊ ſilia. ¶ D. d. ⁊ dicit̃ etiã alio modo ⁊c̃. i. ⁊ dicunt̃ ẽt relatiua alio modo de equali in quãtitate: ⁊ ſimili in qualitate: ⁊ de eodẽ in ſubſtãtia. D. d. oĩa enim iſta ⁊c̃. i. ⁊ ꝓpꝛiũ eſt iſtis trib⁹ generib⁹ relatiuoꝝ q꞉ ꝓpoꝛtio in eis eſt eadẽ in vtroq꜂ extremo. ſimilũ eniꝫ vtrũq꜂ eſt ſile alij: ⁊ ſil'r equalia ⁊ hoc intẽdebat cũ. d. q꞉ ꝯueniunt in aliquo ecõtra in alijs ſpeciebus relatõis. D. d. ⁊ vnuꝫ eſt pꝛincipiũ numeroꝝ ⁊c̃. i. ⁊ vnũ ſm̃ ꝙ ẽ pꝛincipiũ numeroꝝ ⁊ mẽſura eoꝝ cõcludit̃ etiã in relatiuis que ſunt ĩ numero. ¶ D. d. oĩa igit̃ ⁊c̃. i. q꞉ eoꝛũ eſt quedã cuius rõ eſt terminata: ⁊ quedã cuius eſt oppoſita: ⁊ quedã cuius eſt cõis in vnitate: ⁊ q̃dam in accñtib⁹ numeroꝝ: ⁊ quedã eſt in ſubſtãtia numeroꝝ. D. d. actiua autẽ ⁊ paſſiua ⁊c̃. i. relatiua aũt collocata in genere actiõis ⁊ paſſionis ſunt relatiua ꝑ potẽtias exiſtẽtes in eis: ⁊ intẽdit ꝙ nõ ſunt ſicut numerus. In numero eniꝫ nõ eſt actio neq꜂ paſſio: ⁊ ideo. d. ſm̃ autẽ modũ numeri non habent actiones ⁊c̃. i. relatiua autem que ſunt in numeris non habent actiones neq꜂ paſſiones ⁊ accidẽtia exiſtentia in rebus mobilib⁹. ¶ D. d. ⁊ dicunt̃ relatiua ⁊c̃. i. ⁊ relatiuoꝝ quedã ſunt que nõ ſunt relatiua niſi in terminatis tẽpoꝛib⁹: ſicut res actiue ⁊ paſſiue que appꝛopꝛiant̃ tẽpoꝛibus terminatis ſicut qđ agit in aliquo tp̃e ⁊ nõ agit in alio: ⁊ ſicut agit qđ eſt in p̃terito ⁊ agit qđ eſt in p̃ſenti. D. d. ⁊ ſic dr̃ pater ⁊c̃. i. q꞉ pater ⁊ filius ſunt de gñe agentis ⁊ patiẽtis in quo nõ inuenitur actio ⁊ paſſio niſi in tp̃e terminato. Vir eniꝫ ⁊ mulier nõ generãt in qualibet etate: ſed in tẽpoꝛib⁹ vite determinatis. ¶ D. d. oĩa igit̃ relatiua ⁊c̃. i. oĩa igit̃ relatiua relata q̃ ſunt ĩ numeris ⁊ potẽtijs ſunt relatiua: q꞉ eſſentia vtriuſq꜂ eoꝝ collocatur in relatiõe eodẽ oꝛdine: nõ q꞉ alterũ intrat in relatione ꝑ ſe ⁊ alteruꝫ nõ in relatione ꝑ ſe: ſꝫ qm̃ alterũ accidit ei. ſ. illud qđ eſt relatiuũ ꝑ ſe: ⁊ accidẽs alterius pp̃ qđ fuit relatiuũ. ¶ D. d. mẽſuratũ aũt ⁊ intellectũ ⁊c̃. i. qđ aũt eſt de mõ relatiuoꝝ ſicut intellectũ ⁊ ſcitũ ſenſatũ: dicit̃ eſſe relatiuũ: q꞉ illud qđ eſt relatiuũ per ſuã ſubſtantiã accidit ei ſcꝫ q꞉ intellect⁹ eſt in ſua ſubſtãtia relatiuus: tũ accidit ei qđ fuit relatiuũ intellecti: accidit intellecto qđ fuit relatiuũ: nõ q꞉ relatio eſt in ſubſtãtia intellecti ſicut eſt in ſubſtãtia intellect⁹: ſed q꞉ relatio accidit ei: hoc igit̃ intẽdit cũ. d. talia eſſe relatiua. ſ. q꞉ aliud relatiuũ ꝑ ſuã ſubſtantiã p̃dicat̃ de illis. ¶ Et. q. d. q꞉ relatio eſt duob⁹ modis. ſ. aut relatio in ſubſtãtia vtriuſq꜂ relatiui: aut relatio in ſubſtãtia alterius tm̃: ⁊ in altero pp̃ iſtud. ¶ Et cũ induxit hos duos modos rela/

Expõ ĩ oĩ ſilis pꝛioꝛ.

In nũero nõ eſt actio neq꜂ paſſio. Vid. 4. ph. 74.

Expõ tertij modi.

Relatio eſt duob⁹ modis.

ctionis: incepit declarare nām ſcđi modi: ⁊. d. itellectꝰ. n. ſignat ⁊c̄. i. ⁊ intellectꝰ nō refert ad intelligētez: ſꝫ ad intellectū: qm̄ ſi ita eēt tūc intellectꝰ cōſtitueret ꝑ intelligentē: ſꝫ videt eſſe ecōuerſo: ex quo cōſequeret ꝙ illud qđ cōſtituit ꝑ aliquid ꝯſtituat illud. ſ. qꝛ ꝯtingit vt cā ꝯſtitueret ꝑ cātū: ⁊ ſic idē eſſet in reſpectu eiuſdē cauſa ⁊ cauſatū inſimul. ⁊ hoc intēdebat cuꝫ. d. tūc idē diceret bis: ⁊ tūc idē erit cā ⁊ cātuꝫ eiuſdē. ¶ D. d. ⁊ ſimilr̄ ſi viſus ⁊c̄. i. U. g. qm̄ ſi viſus fuerit relatiuus ad viſum videns nō eſt relatiuus ad viſum. D. d. ⁊ ſi iſte ſermo ⁊c̄. i. ⁊ ſi ſermo dicēs ꝙ viſus nō eſt relatiuus ad viſum: ſic viſus erit relatiuus ad aliud aut ad colorē: aut ad aliqđ ſilr̄. ¶ D. d. ſm aūt hoc idē diceret bis. ſ. ſi aūt poſuerimus viſum eſſe ſm relationē ad viſum: ꝯtinget idē eſſe duo oppoſita ſm cām ⁊ cātū. i. ſi poſuerimꝰ ꝙ viſus nō eſt

Modi improprij. — viſus niſi ꝑ viſum nō per rem viſam. ¶ D. d. ⁊ relatiuoꝝ que dicunt ꝑ ſe ⁊c̄. i. ⁊ relatiuoꝝ q̄ dicunt per ſe quedā ſunt hmōi: ⁊ quedā exiſtimant collocari in eis: qꝛ genus collocat in eis. U. g. medicina q̄ exiſtimat eſſe huiꝰ ſpeciei relatiuoꝝ: qꝛ ſuum genus eſt huius ſpēi. ſ. ſcīa ⁊ exiſtimat ꝙ illud cuius genus eſt relatiuū: eſt etiā relatiuū. Sꝫ iſta exiſtimatio accidit ſm hoc ꝙ ſcīa eſt modi relatiuoꝝ que referuntur adinuicē ꝑꝑ hoc ꝙ cōueniūt in eodē: ſicut equale ⁊ ſile. Equalia enī ſunt relatiua: qꝛ cōueniūt in eodeꝫ: ⁊ qꝛ exiſtimat ꝙ ſcīa eſt hmōi qꝛ eſt idē in quo ꝯueniūt ſciens ⁊ ſcitū: ꝯtinget vt medicꝰ ſit ex hoc mo/

Documētū. — do relatiuoꝝ. ¶ Et intēdebat ꝑ hoc declarare cām ꝑꝑ quā accidit ꝙ aliqđ genꝰ ſit relatiuū ⁊ ſua ſpēs nō ſit relatiua: ⁊ cā in hoc eſt ꝙ nō eſt genus in rei veritate. Sciētia. n. nō eſt genus medicine in rei veritate niſi ſcīa diceret ſm relationē ad ſcientē: ⁊ medicina ad medicū. Tunc eniꝫ ſcīa eſſet genus medicine: ⁊ ſciens genus medici. ¶ D. d. ⁊ relatiuoꝝ eſt qđ dicit mō accn̄tali ⁊c̄. i. ꝙ qn̄ homini accidit vt ſit duplum ad aliqđ: accidit ei vt ſit relatiuū ſicut accidit ei vt ſit album. Homo. n. ſꝫ ꝙ hō nō eſt duplū neqꝫ albū. ¶ Cap. decimūquītū.

Perfectū vo dr̄ vnū qdē: cuiꝰ nō eſt extra aliqd accipe: nullā ꝑticulā: vt tp̄s ꝑfectū vniuſcuiuſqꝫ h̄ extra qđ nō accipe tp̄s aliqđ qđ ſit hꝰ tp̄is ps. ¶ Et qđ ſꝫ v̾tutē: ⁊ qđ eiꝰ qđ bn̄: nō hn̄s excedētiā ad genꝰ: vt pfectꝰ medicꝰ: pfectꝰ fiſtulator: qn̄ ſꝫ ſpēm ꝓprie virtutis in nullo deficiūt. Sic aūt trāſferētes ⁊ ad mala dicimꝰ calūniatorē ꝑfectū: ⁊ latronē pfectū. Qm̄ ⁊ bonos dicimꝰ ipſos: vt latronē bonū: ⁊ calūniatorē bonū: ⁊ virtꝰ q̄dā pfectio. Unūquodqꝫ. n. tūc pfectū: ⁊ ſbā oīs tūc pfecta: qn̄ ſꝫ ſpēm ꝓprie virtutis nulla defecerit ps eius q̄ ſm nām magnitudis.

Unūqđqꝫ tūc pfectuꝫ qn̄ ſm ſpēꝫ ꝓprie virtutis nulla defecerit ps eiꝰ q̄ ſꝫ nāꝫ magnitudinis. — ¶ Ampliꝰ quibꝰ ineſt finis ſtudioſus hec dicunt pfecta. ſm hr̄e. n. finē pfecta. Quare qm̄ finis vltimoꝝ aliqđ ē: ⁊ ad praua trāſferētes dicimꝰ pfecte ꝑditū eſſe: ⁊ pfecte



corruptū eſſe: qꝛ nihil deeſt corruptiōis ⁊ mali: ſꝫ in vltimo eſt. Quapp ⁊ mors ſm metaphorā dr̄ finis: qꝛ ābo vltima. Finis aūt ⁊ cuiꝰ cā ſit vltimū. Scđꝫ dicta qdē ſic pfecta totiēs dn̄r. Alia quidē qꝛ ſm bn̄ in nullo deficiūt nec hypbolē hn̄t: nec aliqđ extra accipit. Alia oīno ſm ꝙ oīno nō hn̄t hypbolē in vnoquoqꝫ gn̄e: nec aliqđ eſt extra. Alia vero iam ſm ipſa: aut in faciēdo aliquid tale: aut in habendo aut cōgerendo tali: aut in aliqualiter dici ad primo dicta perfecta.

¶ Perfectū dr̄ vno mō illud qđ īpoſſe eſt hr̄e aliquā ptē oīo extra illud: ſicut tp̄s. Tp̄s. n. pfectū cuiuſlibꝫ rei ē illud qđ impoſſe eſt vt extra illud ſit aliqđ tp̄s qđ ſit pars iſtius tp̄is. ¶ Et ſilr̄ qđ hꝫ ſtudioſitatē. ¶ Et qđ dr̄ mō bonitatis: qn̄ nullā hꝫ dignitatē ſup genꝰ: ſicut dr̄ medicus pfectus: ⁊ muſicus pfectꝰ: cū nō habuerint diminutionē in mō ſtudioſitatis ꝓprie. Et ſm hunc modū dr̄ ī oībus fedis ſm trāſumptionē ſermonis. Dicimꝰ enim mēdacē pfectū: ⁊ latronē pfectū: qꝛ notamꝰ eos noīe bonitatis. Et ēt ſicut dicimꝰ ꝙ iſte eſt bonus latro: ⁊ bonꝰ mēdax. Unūquodqꝫ igit diuꝫ rerū pfectaꝝ ⁊ oēs ſubſtātie dicunt pfecta qn̄ nō diminuit in modo ſtudioſitatis ſue aliqua ps oīno. Et etiā dicūt pfecta illa que hn̄t pfectionē nobilē: ſunt. n. pfecta ꝑ ſuā pfectioneꝫ. Perfectio igit eſt finis aliqs ꝑ ſuā trāſumptioneꝫ a rebꝰ malis. Et dicit ꝙ aliqs corrūpit pfecta corruptōe: ⁊ deſtruit pfecta deſtructōe: qn̄ de corruptōe nihil diminuit ſꝫ eſt valde malū: ⁊ iō corruptio mō trāſumptionis dr̄ pfectio: qꝛ vtraqꝫ eſt finis. ¶ Perfectio igit ⁊ illud ꝑꝑ qđ ſit aliqđ ſunt fines: ⁊ q̄ dn̄r pfecta ꝑ ſe ſm hos modos dn̄r q̄dā: qꝛ nō diminuit ab eis de bonitate: neqꝫ in eis eſt magis etiā. ⁊ nihil inuenitur extra illa: ⁊ q̄dā mō vlī: ita ꝙ nō eſt in eis nobilitas in vnoquoqꝫ generū: ⁊ nihil eſt extra illa. Alij aūt modi ſm hūc modū: aut qꝛ agūt aliqđ tale: aut qꝛ hn̄t: aut qꝛ eq̄bunt: aut qꝛ dn̄r alia ꝓportiōe: q̄ attribuitur ad illa: que dicūtur pfecta primo modo.

21 ¶ Ideſt ꝑfectum dicit̃ multis modis quoꝝ vnus eſt. illa quoꝝ nul/
Prim⁹ mo- la pars ſua diminuit̃ ſed eſt totũ: totũ enim eſt illud cuius nulla ꝑs
dus. inuenit̃ extra: ⁊ qḋ nõ eſt totũ eſt illud cuius aliqua pars eſt extra il/
lud. ¶ D. dedit exẽplum de rebus que dicunt̃ ꝑfecte hoc modo: ⁊. d.
ſicut tẽpus ⁊c̃. i. ſicut tẽpora ꝑmanentie entiũ naturaliũ que dicũtur
mẽſure eſſentie vite. tẽpus eniʒ vite perfectũ in vnoquoqʒ ente eſt il
lud extra qḋ nõ inuenit̃ tp̃s qḋ ſit pars illius tẽporis: ⁊ ſm̃ hunc mo
Prĩo ce. 4. dum dicit̃ homo ꝑfectus qñ nullum mẽbrũ eſt extra illũ. i. qñ nõ ha
buerit aliqḋ mẽbrũ diminutũ. ⁊ ſm̃ hunc modũ dicit̃ corpus eſſe ꝑfe
ctum: q: nulla dimẽſio inuenit̃ extra illud. ſ. dimẽſio quãtã: ⁊ vl̃r di
Secũdus. menſio illa eſt ꝑfectio ſm̃ quãtitatẽ. ¶ D. induxit ꝑfectionẽ etiam ſm̃
qualitatẽ: ⁊. d. ⁊ ſil̃r illud qḋ hʒ ſtudioſitatẽ ⁊c̃. i. ⁊ dicit̃ etiã ꝑfectum
ſm̃ qualitatẽ quãdo nihil diminuit̃ ab eo in modo ſtudioſitatis ſue: ⁊
quãdo nihil inuenit̃ dignius eo in ſuo genere. Medicus eniʒ ꝑfectus
eſt ille a quo nihil diminuit̃ ex eis que pertinẽt ad actionẽ medicine.
⁊ quo nullus medicus eſt ꝑfectior. ¶ D. d. ⁊ ſm̃ hunc modũ dicimus
in rebus turpibus. i. ⁊ hoc modo ſonat hoc nomẽ perfectũ in reb⁹ pra
uis ſm̃ trãſumptionẽ: ſicut dicim⁹: iſte eſt mendax perfect⁹: cuʒ fuerit
in ſummo mendacij: ⁊ iſte latro perfectus cum fuerit in ſummo latro/
cinij. ¶ D. d. q: vocamus eos ⁊c̃. i. ⁊ hoc nomen perfectio trãſumptuʒ
eſt ad iſtos: q: hoc nomen bonitas tranſumit̃ ad eos: ergo magis trã/
ſumit̃ ad eos hoc nomen ꝑfectio. ¶ Et cũ induxit hec duo genera ꝑ/
fectionis: dixit: vnũquodqʒ igit̃ rerũ ꝑfectarũ ⁊c̃. i. omne igit̃ quod
perfectũ dicit̃ in ſubſtãtia: dicit̃ perfectũ quãdo nihil diminuitur in
Perfectio ſua ſtudioſitate propria ⁊ in ſuis partibus naturalib⁹: perfectio enim
ſbe ꝑuenit ſubſtãtie ꝑuenit ex ꝑfectione in magnitudĩe ⁊ in qualitate. ¶ D. indu
ex ꝑfectiõe xit alium modũ perfectionis: ⁊. d. ⁊ etiã dicunt̃ perfecta ⁊c̃. i. ⁊ dicitur
in magni/ omne perfectũ habẽs finem ſtudioſum. illa eniʒ dicũtur perfecta que
tudine ⁊ in habent finem perfectũ. ¶ D. d. perfectio igitur eſt aliquis finis ⁊c̃. i. ⁊
qualitate. q: perfectio eſt finis: ⁊ finis eſt perfectus: ideo vtitur trãſumptione
in rebus que ſunt valde praue: ⁊ ſic dicit̃. iſte deſtruit deſtructiõe ꝑfe/
cta quãdo venerit ad finem deſtructionis. ¶ D. d. ⁊ ideo dicit̃ corru
ptio ⁊c̃. i. ⁊ hoc modo dicit̃ corruptio que eſt cõtraria generationi ꝑfe
cta trãſumptione: q: vtraqʒ eſt finis. ¶ D. d. perfectio igitur eſt illud
Secõ ph. ꝓpter qḋ ⁊c̃. i. ꝑfectio igitur alicuius ⁊ illud ꝓpter qḋ aliqḋ fit vtrũqʒ
23. eſt finis. ⁊ ideo dicit̃ de eis hoc nomen ꝑfectio. ¶ D. d. ⁊ que dicũtur
perfecta per ſe ⁊c̃. i. illa igitur que dicũtur perfecta per ſe ſunt a qui/
bus nihil diminuit̃ in bonitate: ⁊ quibus nihil eſt nobilius in illo ge
nere: ſed ſunt in ſummo nobilitatis ꝑ ſe. ¶ Et dixit hoc: quia iſta ſunt
perfecta in qualitate ⁊ quãtitate primo ⁊ eſſentialr̃. ¶ D. d. ⁊ quedaʒ
modo vniuerſali ⁊c̃. i. diffinitio eorum vniuerſaliter eſt talis. perfecta
Diſpõ pri/ ſunt illa quorum nihil inuenit̃ in eis per qḋ dicunt̃ imperfecta in eis
mi ꝑncipij aut extrinſecũ: ⁊ ita eſt diſpoſitio primi principij. ſ. dei. ¶ Et forte in/
ẽ ſimplr̃ ꝑ/ telligit per quod dixit ⁊ quibus nihil eſt extra: ⁊ a quibus nihil di/
fecta. idẽ. 3 minuitur ex eis que ſunt. ¶ Et poteſt intelligi per hoc quod dixit ita
de aĩa. t. 5. ꝙ in eis nõ eſt nobilitas in vnoquoqʒ generum. i. quando de eis non
c. in ſolone diminuitur nobilitas ex eo quod inuenitur in vnoquoqʒ generum.
3. q. ⁊. c. 14 ¶ Deinde dicit. alij enim modi ⁊c̃. i. alij autem de quibus hoc nomen
⁊. 12. me. 37 perfectio dicit̃ dicuntur perfecta: aut que agunt illa que ſunt ꝑfecta
per ſe:



per ſe: aut q: in eis eſt aliquid iſtorum ꝑfectoꝝ: aut q: aſſimilant̃ in
eis: aut q: attribuunt̃ eis aliquo mõ attributionis.

## ¶ Capitulum Decimũſextũ.

TErminus dr̃ qḋ eſt cuiuſqʒ vltimũ: ⁊ cuius extra nihil eſt accipere primi: ⁊ cuius infra oĩa primi: ⁊ qḋcunqʒ fuerit ſpẽs magnitudinis aut hñtis magnitudineʒ: ⁊ finis cuiuſqʒ. Tale vero ad qḋ mot⁹ ⁊ actus ⁊ nõ a quo: ⁊ qñqʒ ambo: ⁊ a quo: ⁊ in qḋ: ⁊ cuius cã: ⁊ ſbã cuiuſlibet: ⁊ qḋ qd erat eſſe cuiſqʒ. cognitiõis. n. hic termin⁹: ſi aũt cognitionis ⁊ rei quare palam: q: quotiẽs principiũ dicit̃: totiẽs ⁊ numerus: ⁊ adhuc ampli⁹. Principiũ. n. terminus eſt quidaʒ: ſed termin⁹ nõ oĩs principium.

¶ Dicitur finis illud qḋ eſt vltimũ vniuſcuiuſqʒ rerũ: ⁊ illud a quo nihil extra inuenit̃ vt ſit ꝑmũ: ⁊ qḋ eſt ꝑmũ: ⁊ oẽs partes eius ſunt intra. Et illud qḋ eſt forma magnitudinis: aut habẽs magnitudinẽ: ⁊ ẽt perfectio cuiuſlibet rei: ⁊ ſicut illud ad qḋ eſt motus: ⁊ non illud ex quo eſt motus: ⁊ forte vtrũqʒ: ⁊ illud ex quo. ⁊ illud ad qḋ: ⁊ illud ẽt ꝑꝑ qd: ⁊ ſubſtãtia vniuſcuiuſqʒ reꝝ: ⁊ ẽt qḋ ſignificat eſſentiã cuiuſlibet: hec. n. eſt finis cognitionis ⁊ qḋ eſt cognitionis eſt rei etiã. Declaratuʒ eſt igitur ꝙ ſm̃ numerũ modoꝝ principij dicit̃ etiã finis: ⁊ magis etiã. Principiũ eniʒ eſt aliquis finis: ⁊ hoc in vtroqʒ nõ dicit̃ ſemꝑ omnibus modis.

¶ Ideſt: finis aũt dicit̃ multis modis. dicit̃. n. finis de vltimo magni 22
tudinis. V. g. ꝙ ſuperficies ſunt vltima corporis: ⁊ linee ſunt vltima Prĩo ce. 18.
ſuperficierũ: ⁊ puncta ſunt finis linearuʒ. ¶ D. d. ⁊ a quo nihil extra
inuenit̃. i. ⁊ dicit̃ primuʒ de illo extra qḋ nihil eſt ita ꝙ ſit primũ rei
collate in eo: ſicut dicim⁹ ꝙ orbis: ⁊ oẽs partes eius ſunt intra ipſuʒ:
⁊ ꝙ orbis ſtellatus eſt finis corporũ que ſunt intra: qm̃ extra ipſuʒ ni
hil eſt: ⁊ ſimilr̃ cutis aĩalis cũ partib⁹ aĩalis. ¶ D. d. ⁊ qḋ forma ⁊c̃. i.
⁊ dr̃ ꝙ forma eſt finis eius qḋ eſt finis cõpoſiti ex ſbto ⁊ forma: ſicut 2. de aĩa. 37.
diximus ꝙ forma hoĩs eſt finis ſue materie: ⁊ finis hoĩs qui cõponit̃ ⁊. 38. 4. ph.
ex mã ⁊ forma. ¶ D. d. ⁊ cõplemẽtuʒ cuiuſlibʒ rei ⁊c̃. i. ⁊ finis ẽt dicit̃ 14.
de illo ad qḋ cũ gñata ꝑuenerint ceſſat mot⁹ gñatiõis: nõ illud a q̃ in/
cepit iſte mot⁹. ¶ D. d. ⁊ forte vtrũqʒ ⁊c̃. i. ⁊ forte hoc nomen finis dr̃
de fine ⁊ ꝑncipio mot⁹. D. d. ⁊ ẽt illud ꝑꝑ qḋ ⁊c̃. ⁊ dicunt̃ finis ⁊ cã ꝑꝑ
quid: cõplemẽtuʒ. n. eſt finis illius que eſt ante cõplemẽtuʒ: ⁊ dicitur
finis ẽt de quiditate ⁊ ſubſtãtia rei: ⁊ de ſermone qui ſignificat ſbam

Diffõ ē finis in cognitõe vide opp̄m ꝑ d aĩa.t.c. 11. vbi dr̃ ꝙ eſt ꝑncipiũ.

vniuſcuiuſq; rei. Diffinitio eniʒ eſt finis in cognitiõe: ⁊ eſt finis in eē: ⁊ hoc intẽdebat cũ dixit: ⁊ qđ eſt cognitionis eſt ẽt rei. ¶ D.d. declaratum eſt igitur ⁊c. i. declaratũ eſt igitur ꝙ ſm numerũ intentionuʒ de quib⁹ dr̃ ꝑncipiũ dicit̃ ẽt hoc nomẽ finis. Principiuʒ.n. eſt aliq̃ finis: ⁊ cũ hoc dr̃ mõ vlīori eo ꝙ dr̃ ꝑncipiũ. D.d. ⁊ hoc in vtroq; ⁊c. ⁊ intẽdit vt mihi vr̃ ꝙ vtrũq; iſtoꝝ noīuʒ nõ ſignificat cõiter oẽs intentiones de q̄bus dr̃: ſed ſm mutationeʒ.

## ¶ Capitulum Decimũſeptimũ.

Secũdũ qđ dr̃ multipl̃r: vno quidẽ mõ ſpẽs ⁊ ſubſtantia cuiuſq; rei: vt ſm ꝙ bonũ per ſe bonũ. Alio vero in quo primuʒ ⁊ aptuʒ natũ eſt fieri: vt colox in ſuperficie. Primo quideʒ ergo dictũ ſm ꝙ ſpẽs eſt. Scđo aũt vt materia cuiuſq; ⁊ ſubiectuʒ vnicuiq; primuʒ. Dīno vero ipſuʒ ſm ꝙ piter ⁊ cã exiſtit. Naʒ ſm ꝙ venit aut cui⁹ cã venit dr̃: ⁊ ſm ꝙ palogizatuʒ eſt aut ſyllogizatuʒ: eſt aut cui⁹ cã ſyllogiſmi ſunt: aut palogiſmi. Amplius aũt ſm ꝙ quidẽ ſm poſitioneʒ dicitur: vt ſm ꝙ ſtetit: aut ſm ꝙ vadit: hec nãq; oĩa poſitionem ſignificant ⁊ locũ. Quare ⁊ ſm ſe multipliciter dici eſt neceſſe: vno q̄deʒ eniʒ mõ ſm ſe qđ quid erat eſſe vnicuiq;: vt Callias ⁊ qđ q̄d erat eſſe Calliam. Alio vero quecũq; in eo qđ q̄d eſt exiſtunt: vt aĩal Callias ſm ſe: naʒ in rõne ineſt aĩal: aĩal eniʒ quoddã Callias. Amplius aũt ſi in ipſo oſtẽſuʒ eſt ꝑmo: aut in ipſi⁹ aliquo vt ſuperficies ſm ſe alba: ⁊ viuens ſm ſe homo. Aĩa nãq; pars quedã eſt hoīs in qua primo eſt ipſuʒ viuere. Ampli⁹ cui⁹ nõ aliqua alia cã eſt: hoīs eniʒ multe ſunt cauſe aĩal bipes. Attamẽ ſm ſe hõ hõ eſt. Ampli⁹ quecũq; inſunt ſoli ⁊ inquãtũ ſolũ ꝙ ſepatũ ſm ſe.

Nõ ſm ſe ē homo.

¶ Quod eſt ꝑ ſe dr̃ multis modis: vno mõ dr̃ forma ⁊ ſubſtantia cuiuſl; rei: ſicut dicit̃ per ſe bonũ illud qđ eſt bonũ. Et alio modo illud in quo eſt aliq̄d primo nãliter vt colox in ſupficie. Illud igit̃ quod primo dicit̃ per ſe eſt illud qđ dicit̃ ꝑ formam. Et dr̃ ſcđo mõ mã ⁊ ſubiectũ cuiuſlibʒ Et vl̃r quod eſt per ſe: ⁊ cã: equalia ſunt in eſſentia. Dicit̃ eniʒ ad quã eſſentiã facit hoc: ⁊ dr̃ quare fecit hoc: ⁊ hoc etiã dr̃ ad quã eſſentiã nõ cõcludit verã



cõcluſionẽ: ⁊ dr̃ que eſt cã vere ꝯcluſionis: aut nõ vere. Et etiã dicitur per ſe illud qđ eſt ſituʒ per ſe: ſicut ſtãs: aut ambulãs. Oĩa.n. iſta ſignificãt locũ/aut ſituʒ. Manifeſtũ eſt igit̃ ꝙ illud quod eſt per ſe dr̃ multis modis. primo.n. dr̃ per ſe illud qđ ſignificat q̄ditatẽ cuiuſlibet rei: ſicut dicit̃ ꝙ chilus eſt per ſe. In ſua diffinitiõe eniʒ eſt viuus: ⁊ chiluʒ eſt aliquod viuum. Et etiaʒ alio mõ eſt cũ in aliquo appuerit ꝑmo ſicut ſupficies que eſt alba per ſe: ⁊ homo eſt viuus per ſe: q: aĩa eſt aliqua pars hominis: ⁊ in ea eſt vita prima. ⁊ etiã illud qđ nõ habet aliaʒ cãʒ. Cauſe.n. hoīs ſunt multe: ⁊ viu⁹ ⁊ bipes. Sed cã eius per ſe ſm ꝙ eſt hõ eſt hõ: ⁊ ẽt que ſunt eiuſdẽ.ſ. humanitas. Eſt.n. humanitas ſicut generãs ꝑ ſe.

¶ Ideſt ꝙ vnus modoꝝ ſm quos dicit̃ aliq̄d eẽ ꝑ ſe eſt forma ⁊ ſbã. Dicimus eniʒ ꝙ aliq̄d exiſtit per ſe. V.g. dicim⁹.n. ꝙ aliq̄d eſt bonũ per ſe cũ fuerit bonũ per ſuã formã ⁊ per ſuaʒ ſbam. ¶ D.d. ⁊ alio mõ ⁊c. i. ⁊ dr̃ alio mõ ꝙ aliq̄d exiſtit in aliquo per ſe cũ fuerit in eo ſine medio. V.g. cũ diximus coloxẽ exiſtere in ſupficie per ſe: ⁊ in corpore nõ per ſe. In ſupficie.n. exiſtit ꝑmo per ſe: ⁊ ſcđo in corpe. ¶ D.d. Illud igitur qđ dr̃ per ſe ⁊c. i. illud igitur qđ dr̃ per ſe dr̃ duob⁹ modis quoꝝ vn⁹ eſt: ⁊ prim⁹ illud qđ di ſm ſuã formã: ⁊ alius ſm ſuã mãʒ. i. primũ ſbm forme cuiuſlibet rei: ſicut dicim⁹ ꝙ ſcãnuʒ eſt lignũ ꝑ ſe: ⁊ idolũ eſt ꝑ ſe es: ⁊ hõ eſt viu⁹ ꝑ ſe: ⁊ vl̃r oẽ cõpoſitũ eſt ꝑ ſe ꝑ ſuã mãʒ ⁊ formã: ⁊ oẽ qđ eſt in aliquo ꝑ ſe aut eſt ꝑ ſe: aut ꝑ mãm eius: aut ꝑ formaʒ: aut ꝑ vtrũq;. ¶ D.d. vt vl̃r illud qđ eſt ꝑ ſe ⁊c. i. ꝙ cãe ſunt ĩ re ꝑ ſe: ⁊ q̄ ſunt in re ꝑ ſe ſunt cauſe: ſignificãt igit̃ eandeʒ nãm. V.g. q: dr̃ ad cuius eẽntiã fecit Policlet⁹ hoc ſicut dicim⁹ ad cuius cãʒ fecit hoc. In vtroq;.n. loco q̄rit̃ cã: ⁊ iſte modus viſus eſt in arabico malus. ¶ D.d. aliđ exẽplũ ⁊ dixit. ⁊ h̃ ẽt dr̃ ⁊c. i. ⁊ exẽplũ ĩ vtẽdo eẽntiã loco cãe: ⁊ cã loco eẽntie eſt cuʒ querit̃ quare iſte ſyll̃us nõ cõcludit verã ꝯcl̃onẽ: aut ad cuius eẽntiaʒ cõcludit verã ꝯcl̃onẽ: hoc.n. idem eſt cũ hoc qđ querit̃ qua de cã iſte ſyll̃us nõ cõcludit veram cõcluſionem: aut ꝯcludit verã ꝯcl̃oneʒ. ¶ D.d. ⁊ ẽt dicunt̃ ꝑ ſe ⁊c. i. ⁊ dr̃ ꝑ ſe oẽ qđ eſt in p̃dicamẽto ſitus. V.g. ambulãs ⁊ ſtãs dicunt̃.n. hr̃e ſitũ ꝑ ſe in loco. ¶ D.d. manifeſtũ eſt igit̃ ꝙ illud qđ ꝑ ſe eſt dr̃ multis modis. vno eniʒ mõ dr̃ per ſe qđ ſignificat q̄ditatẽ cuiuſlibet rei: ſicut dicimus ꝙ Callias eſt per ſe viuus. ⁊ vl̃r illud qđ eſt per ſe dicitur multis modis quoꝝ vnus eſt illud qđ primo diximus: ⁊ eſt acceptus in ſua ſbã.ſ. aut genus: aut dr̃ia: aut diffõ que fit ex ambob⁹: ſicut dicimus ꝙ ſermo eſt vnus per ſe: q: vnuʒ accipit̃ in ſua diffõne: ⁊ demr̃at ſuam quiditatẽ. ¶ D.d. ⁊ ẽt alio mõ ⁊c. i. ⁊ dicit̃ per ſe ẽt de predicabilibus de ſubiecto pp nãm ſubiecti ſine aliquo mediante ſicut dicimus ꝙ ſupficies eſt alba per ſe ideſt ꝑmo ⁊ ſine medio. Corp⁹.n. non eſt albuʒ niſi ꝑ ſupficiẽ: ⁊ hoc eſt qđ dixit ⁊ hõ q: anima ⁊c. eſt exem

23

Prim⁹ modus.

Secũdus.

Idẽ. 4. ph. 24.

Dr̃ia ꝑmi a ſecũdo.

Oĩs cã ꝑ ſe.

Vl̃r oẽ ꝯpoſitũ ꝑ ſe ẽ ꝑ ſuã mãʒ ⁊ ꝑ ſuã formã.

Prio ce. 9. t. 100.

Sit⁹ ꝑ ſe q: que in ſitu ꝑ ſe ſunt.

Diſtinctio modoꝝ per ſe.

Septĩo me. 21. t. 43.

De p̃dicabilib⁹ inherẽtibus.

ꝑlum huiꝰ qđ dixit:qm̄ in aliquo appuerint ſic̄ hoc qđ dixit. Et h̄ qđ dixit. ¶ Sicut ſupficies q̄ eſt alba eſt exēpluʒ huiꝰ qđ dixit aut eſt in aliquo ⁊c̄.i.ꝙ res h̄nt cās que dicunt̄ exiſtere in illis rebꝰ ꝑ ſe: lʒ attribuant̄ eis ꝓp alias cauſas:ſicut dicimus ꝙ hō eſt viuus ꝑ ſe:q: eſt viuꝰ ꝓp aīam:⁊ eſt aīatuʒ per ſe nō ꝓp aliuʒ. ¶ Et ſimil̄r oē qđ exiſtit in aliquo per ſe:aut exiſtit in eo tanq̄ accidēs:aut tanq̄ ſubſtātia:⁊ vtrūqʒ iſtoruʒ:aut per mediuʒ:aut ſine medio:ſb̄a cum medio aut ꝑ mediuʒ eſt hō viuus:⁊ accidēs per mediū:vt corpus coloratū:⁊ ſubſtantia ſine medio rōnale.⁊ accidēs ſine medio ſuperficies colorati. ¶ D.d.⁊ ēt illud qđ non hʒ aliaʒ cām ⁊c̄.i.⁊ ēt dicit̄ aliquid exiſterē per ſe illud qđ nō a hʒ cām ꝓp quaʒ exiſtat niſi ꝑ ſe ſi aliqđ eſt tale. Homo eniʒ ⁊ ſimilia nō exiſtunt niſi per ſuas cauſas q: h̄nt multas cauſas. ¶ Deinde.d.ſed cā eius per ſe ⁊c̄.i.⁊ q̄uis exiſtat hō ꝑ plures cauſas:tn̄ cā eius qua exiſtit per ſe eſt humanitas. ¶ Deinde.d.⁊ ēt que ſunt ⁊c̄.⁊ v̄r omne qđ exiſtit in aliquo ſm ꝙ eſt:⁊ illđ in quo exiſtit ſunt vnum eſſentialiter nō accidētaliter:ſicut color in ſuperficie. Dicitur eniʒ exiſtere per ſe ſicut dicimus ꝙ ſupficies eſt colorata. Dicere aūt ꝙ hō eſt coloratus nō dicit̄ ita ꝙ ſit eē per ſe.

Dē qđ exiſtit in aliq̄ ꝑ ſe aut exiſtit ī eo tāq̄ ſb̄a aut tāq̄ accidens: ⁊ vtrūqʒ iſtoruʒ aut ī eſt cum medio aut ſine medio.

a De illo qđ nō hʒ cām.

## ¶ Capl̄m Decimūoctauū.

Diſpoſitio dicit̄ habētis partes ordo: aut ſm locum:aut ſm ſpeciem:aut ſm potentiam. Poſitionē enim oportet quādam eſſe:ſicut ⁊ ipſuʒ hoc nomē diſpoſitio oſtēdit.

¶ Situs aūt d̄r in habēte ptes ſm ordinē partiū:aut ſʒ locū:aut ſm potētiā:aut ſm formaʒ. Debet eniʒ habere ſituʒ aliquē ſicut ſonat hoc nomen ſituatuʒ.

24
¶ Dixit:ſitus inuenit̄ in oī h̄nte ptes:aut per ordinē partiū in loco: ⁊ iſte eſt ſitus qui eſt predicamētuʒ. ¶ Aut per ordinationē ptiū rei adinuicē:⁊ iſte ſitus eſt vna d̄iaruʒ quātī ſm ꝙ dictū eſt in p̄dicamētis ꝙ quātum aliud hʒ poſitionē aliud nō hʒ poſitionē:⁊ ꝙ ptes rei diſtinguunt̄ abinuicē. ¶ Aut ſm formā ⁊ hoc eſt in rebꝰ compoſitis. ¶ Aut ex ptibꝰ diuerſis ſm formā:aut ī magnitudine ſicut in magnitudine ptiuʒ linee ⁊ corpis:⁊ v̄r corpoꝝ cōſimiliū ptiuʒ:⁊ iſte ptes nō ſunt diſtincte in hac diſpōne niſi potētia:actu aūt nō. ¶ Et iō dixit: aut ſm potētiā:aut ſm formā:⁊ hoc intēdebat dum dixit ꝙ ſitus d̄r in habente partes ſm ordinē partium: aut in loco:aut adinuicem:⁊ hoc eſt qn̄ diſtinguūtur ptes:aut potētia:aut ſm formam.

Qūo ſitꝰ vt eſt p̄dicamē tum diſtinguit̄ a ſitu vt ē differētia quāti.

## ¶ Capitulum Decimūnonū.

Habitus vero vno modo dicit̄ quideʒ tanq̄ʒ actio quedaʒ habentis ⁊ habiti: vt quidam actus aut motus. Nam qn̄ hoc quideʒ facit illud vero ſit eſt factio intermedia: ſic ⁊ habentis veſteʒ/⁊ habite veſtis eſt intermedius habitus.



Nūc quidē igit̄ manifeſtū ꝙ nō cōtingit habere habitū. In infinituʒ.n.vadet ſi habiti fuerit h̄re habitū. ¶ Alio vero modo habitus diſpō dicit̄ ſm quaʒ bene vel male diſponitur diſpoſitum:⁊ aut ſm ſe:aut ad aliud:vt ſanitas habitus quidam.diſpoſitio nāqʒ talis. ¶ Amplius habitus quidam dicitur ſi eſt pars diſpoſitionis talis: quapp ⁊ partium virtus habitus quidaʒ eſt.

¶ Diſpoſitio d̄r vno mō quaſi aliqua dictio eius cuius eſt:ſicut aliqua ars aut motus. Cum eniʒ aliquid agit ⁊ aliud patitur:paſſio inter ea.⁊ ſimiliter inter veſtiens:⁊ veſtitum eſt diſpō. Manifeſtū eſt.n.ꝙ impoſſe eſt ꝙ iſta diſpō ſit alteriꝰ. Et d̄r diſpō alio mō ſm poſitōeʒ.⁊ ē ſʒ quā poſitio rei:aut eſt bona:aut eſt mala: aut ꝑ ſe:aut in reſpectu alicuiꝰ vt ſanitas.eſt.n.aliqua diſpō q: talis ſʒ vnam diſpoſitionē,⁊ d̄r etiaʒ diſpoſitio cum fuerit pars alicuius qđ d̄r ſm poſitionē tali modo,⁊ ideo bonitas partium eſt aliqua diſpoſitio.

¶ Diſpoſitio dicit̄ multis modis:dicit̄ eniʒ de actione agentis alicuius in aliquo patiente ſicut aliqua ars aut aliqs motus. V.g.ꝙ cum aliquid egerit in aliquid aliquam actioneʒ:⁊ illud aliquid patiatur ab eo illud qđ ſit inter ea diſpoſitio dicit̄: ſʒ in reſpectu agentis dicit̄ actio:⁊ in reſpectu paſſionis dicit̄ paſſio. ¶ Deinde dedit exempluʒ ⁊ dixit.⁊ ſimiliter inter veſtiēs ⁊c̄.i.⁊ dicitur hoc etiā in diſpoſitione que ſit inter veſtiens ⁊ veſtituʒ que dicit̄ veſtio. ¶ Deinde.d.⁊ dicit̄ diſpoſitio alio modo ⁊c̄.i.⁊ dicit̄ diſpoſitio alio modo de illo qđ ſit ex compoſitiōe:⁊ eſt diſpoſitio ex qua cōpoſitio rei eſt:aut bona:aut mala:ſicut ſanitas que eſt diſpoſitio iſtaruʒ diſpoſitionū. Eſt eniʒ diſpoſitio facta ex compoſitiōe membrorū ⁊ humorū. ¶ Deinde.d.aut per ſe ⁊c̄.i.⁊ dixit hoc:q: diſpōnes que ſunt ex cōpoſitiōe partiū rei ſunt bone aut male in ſe:aut reſpectu alteriꝰ diſpoſitiōis:vt ſanitas Sor. in reſpectu ſanitatis Platonis. ¶ Et vocauit cōpoſitionē poſitiōeʒ: q: cōpoſitio eſt in pōne ptiū adinuicē. ¶ a D.d.⁊ d̄r ēt diſpō ⁊c̄.i. ⁊ dicitur diſpoſitio de diſpōne qua poſitio totius aut partis eſt bona aut mala.⁊ ideo bonitas partiū in cōpoſito eſt aliqua diſpō. ⁊ intendit ꝙ diſpō bona aut mala: aut erit ex pōne oīum partiū adinuiceʒ aut in vna pte reſpectu totius.

25
Primꝰ modus. ꝑ gene.55.
Secūdus.

Sanitas ē diſpō fcā ex cōpōne membroꝝ ⁊ hūorū. Ideʒ.7. phy.17.

Cōpoſitio eſt ī poſitiōe ptiuʒ adinuiceʒ. Vide oppm̄ ꝑ de ge.1.c.85.

## ¶ Capl̄m Vigeſimū.

Paſſio vno qdem mō d̄r qualitas ſm quam alterari cōtingit:vt albū ⁊ nigrum: dulce ⁊ amarū:⁊ grauitas ⁊ leuitas:⁊ quecūqʒ alia talia. ¶ Alio vero mō horum actōes ⁊ alte/

a Tertius.

ratiōes iaꝫ. ¶ Ampli⁹ hoꝝ magis nociue alteratiōes ⁊ mot⁹: ⁊ maxīe triſtes nociue. ¶ Ampli⁹ magnitudines calamitatuꝫ ⁊ triſtiuꝫ paſſiones dicuntur.

¶ Paſſio dr̄ vno mō qualitas qua poſ̄e eſt trāſmutari albū ⁊ nigruꝫ: ⁊ dulce ⁊ amarū: ⁊ graue ⁊ leue: ⁊ alia ⁊c̄. ¶ Et alio mō trāſmutatiōes ⁊ actiōes iſtoꝝ. ¶ Et eñā dr̄ magis ſpērūꝫ nocētes trāſmutatiōes ⁊ motus. ¶ Et maxīe nociui: ⁊ maxīe cōtriſtātes. Occaſiōes aūt maxīe delectabilia ⁊ cōtriſtabilia dicūtur paſſiones.

26 Paſſio dicit̄ vno mō de potētia qua aliquid trāſmutat̄ de cō trario in cōtrariū: vt de albedine in nigredineꝫ: ⁊ de amaritudine in dulcedinē. Potentia eniꝫ qua aliqua trāſmutantur adinuicē dicit̄ potētia paſſiua: ⁊ iſta ē mā paſſiui: ſicut cū aliqd trāſmutat̄ ad nigredinē de albedine: ⁊ de dulcedine in amaritudinē: ⁊ de grauitate in leuitatē. ¶ D. d. ⁊ alio mō ⁊c̄. i. ⁊ ēt dn̄r paſſiua ipſa accñtia que recipit pma mā. ſ. caliditas ⁊ frigiditas. ¶ D. d. ⁊ ēt dr̄ magis ⁊c̄. i. ⁊ magis dr̄ hoc nomē paſſio in iſtis modis ī eis q̄ ſunt nocitiua ⁊ ꝯtriſtātia aīaliūt aut delectabilia. ſ. tāgibilis. ⁊ iō dixit. occaſiones. n. maxīe ⁊c̄. i. ⁊ iō dr̄ illud qđ accidit ex occaſionibus maximis cōtriſtabilib⁹: ⁊ illud qđ accidit delectabilibus maximis in maiori parte paſſionis.

Primꝰ modus.
9.mtea.16.
Scđus modus.
Tertius.

¶ Capitulum Uigeſimūprimuꝫ.

eſſe hec dicimus. ¶ Qm̃ aũt he q̃dẽ ĩ inaĩatis ĩſunt pˀncipia talia: alia vo ĩ aĩatis ꝛ ĩ aĩa: ꝛ aĩe in rõne; hñte: palã qꝛ ꝛ potẽtiarũ alie erũt irrõnabiles: alie cũ rõe. Quapp oẽs artes ꝛ ſcie factiue potẽtie ſunt. pꝛĩcipia nãq; ꝑmutabilia ſunt ĩ alio ĩquãtũ aliđ. Et q̃ q̃de; cũ rõne oẽs ꝯrioꝝ ſunt eedẽ: ꝛ q̃ in rõnabiles vna vni⁹: vt calľm calefaciẽdi ſolũ: medicatiua aũt ĩfirmitatis ꝛ ſanitatis. Cũ aũt qꝛ rõ eſt ſcia: rõ aũt eadẽ oſtẽdit re;: ꝛ pˀuationẽ: nõ tñ ſilr̃ ꝛ eſt vt amboꝝ: eſt aũt vt exiſtẽtis magis. q̃re neceſſe ꝛ tales ſcias eſſe quidẽ ꝯrioꝝ. eſſe vero hui⁹ quidẽ ƀm ſe: illius vero nõ ƀm ſe. Eteni; rõ hui⁹ quidẽ ƀ; ſe: illius vero quodãmodo ꝛ ƀm accidẽs. Nã negatione ꝛ ablatione oſtẽdit ꝯrium. Eteni; pꝛiuatio potẽtia ꝯria: hec autem ablatio alterius.

Oẽs artes ꝛ ſcie factiue potẽtie ſũt.

¶ Pꝛiuatio aũt dr̃ multipľr. dr̃ em̃ illi⁹ qđ nõ h;: ꝛ iſti⁹ qđ h; nãm hñdi: aut vľr aut in tpe in q̃ h;: ꝛ ƀ; ꝙ op;: vt illud qđ nõ eſt oĩno aut erit quoquo mõ. In q̃buſdã vero rebus q̃ hñt nã; habẽdi: ſi nõ hñt: dicemus ꝙ iſta carẽt violẽte. S; cũ quedã iſta pꝛincipia ſint in carentibus aĩa: ꝛ quedã in animatis: ꝛ aĩa eſt ĩ hñtibus diffinitionẽ aĩe. Etiã manifeſtũ eſt ꝙ q̃dã potẽtie nõ hñt diffinitionẽ: ꝛ quedã ſunt cũ diffinitione. Et ideo oĩa artificia ꝛ ſciẽtie ſunt potẽtie: qꝛ ſunt pꝛincipia trãſmutãtia in aliud ƀm ꝙ eſt aliud. Et oĩa que ſunt cũ diffinitiõe ſunt ꝯrioꝛum: ſ; non ſicut vnum vnius: vt calidũ calefacere. Phyſica vero eſt ſanitatis ꝛ infirmitatis: ꝛ cã in hoc eſt qꝛ h; rõnẽ. Scĩa vero idẽ ſermo ſignificat re;: ꝛ ſuã pꝛiuationem: ſ; nõ eode; modo; ꝛ foꝛte erit poſſibile vt ſit duoꝛum: ꝛ foꝛte erit illius qđ eſt magis. Ergo neceſſe eſt vt ſint illa que ſunt alia cõtrarioꝛũ: ꝛ vt ſint quoꝛundã per ſe: ꝛ quoꝛũdã non per ſe. Ratio em̃ eſt quoꝛũdam per ſe: ꝛ quoꝛũdã quoquo modo. Per accñs igiť ſignificat cõtrariũ: per negationẽ ꝛ ꝑ remotione;. Pꝛio em̃ pꝛiuatio eſt cõium: ꝛ hec eſt remotio alterius. Contraria enim nõ appꝛopinquant eidẽ ex eodẽ.

¶Quia dicere in potẽtia ſignificat aliquẽ modũ priuatiõis: ⁊ dice/
3 re etiã aliqd hr̃e potentiã ad hoc eſt ſm ꝙ caret illo ad qđ põt: ⁊ pri/
mus phs hʒ cõſiderare de modis priuationis: ⁊ eſt ꝓpriũ loqui de pri
uatione vbi fit ſermo de potẽtia: incepit declarare modos ꝑuationis.
¶Et.d.priuatio aũt ⁊c̃.i.iſta em̃ eſt prima diuiſio ſm quaʒ diuidit
priuatio. Omne em̃ qđ caret aliquo aut caret illo qđ non innatũ eſt
hr̃e: aut caret illo qđ innatũ eſt hr̃e: ⁊ hoc intendebat cũ.d.illius qđ
non hʒ ⁊c̃. ¶D.d.aut vl'r: aut in tp̃e in quo hʒ.i.⁊ illud qđ caret illo
qđ nãliter debet habere: aut caret illo qđ innatum eſt hr̃e ſimpl'r: aut
illo qđ innatum eſt habere aliquo tp̃e: vt barbam in tp̃e in quo debet
eam habere. ¶D.d.⁊ qꝛ eſt ſm ꝙ opʒ ⁊c̃.i.⁊ ꝑuatio que eſt ſm ꝙ opʒ
ſcʒ que dicit̃ principal'r eſt carere illo qđ non hʒ oĩno: aut illud qđ hʒ
raro: ⁊ hoc intẽdebat cũ dixit: aut erũt quoquo mõ. ¶Et hoc inuenit̃
ſic in alia trãſlatione: ⁊ ꝑuatio dr̃ multipl'r: dixit em̃ illud qđ non hʒ:
⁊ illud qđ innatũ eſt hr̃e etiam: aut vl'r: aut in aliquo tp̃e: ⁊ ſic ſicut
illud qđ non eſt oĩno: aut in paucioribus: ⁊ ſi innatũ eſt hr̃e cuʒ non
hʒ dr̃ carere violẽte.i.⁊ cũ aliquid caret illo/ qđ innatũ eſt habere in
tp̃e in quo innatũ eſt hr̃e/ dr̃ ꝙ illud eſt ꝑuatio violẽta. ¶D.d.ſʒ cuʒ
quedã iſtorũ ꝑncipioꝝ ⁊c̃.i.⁊ intẽdit per principia potẽtias agentes.
Iſtarũ eniʒ potentiarũ ſunt quedã in hñte aĩam: ⁊ quedã ſicut dixit
in nõ hñte aĩaʒ: vt calefacere in corpe calido: ⁊ infrigidare in corpe
frigido. ¶D.d.⁊ oĩa in hñte rõneʒ aĩe: ⁊ aĩa exiſtit in eo qđ hʒ diffo/
neʒ aĩe.ſ.rõcinari ⁊ cõprehẽdere. ¶D.d.manifeſtũ eſt igit̃ ⁊c̃.i.⁊ cũ
ſit manifeſtũ ꝙ quedã potẽtie actiue ſunt potẽtie in rebus non ani/
matis: ⁊ quedã ſunt potẽtie in reb⁹ aĩatis.ſ.in habẽtib⁹ cõprehenſio/
neʒ ⁊ rõneʒ: manifeſtũ eſt ꝙ potentiarũ quedã ſunt cũ diffinitiõe ⁊ ra
tione: ⁊ quedã ſine diffõne ⁊ ratione. ¶D.d. ⁊ oĩa artificia ⁊c̃.i.⁊ qꝛ
potẽtie actiue ſunt rõnales: ideo oĩa artificia ⁊ ſcie nõ ſunt potẽtie: qꝛ
agunt in alia ſm ꝙ ſunt alia. ¶Et.d.hoc: qꝛ hec eſt diffinitio poten/
tiarum actiuarũ ſimpl'r. ¶D.d.⁊ oĩa que ſunt cuʒ diffinitione ⁊c̃.i.⁊
oẽs potẽtie que ſunt cũ rõne agunt duo cõtraria. ¶D.d. ſʒ non ſicut
vnũ vnius ⁊c̃.i.⁊ iſte potẽtie que habẽt rõnẽ non agũt alterũ cõtra/
rioꝝ tantũ ſicut eſt diſpõ in potẽtijs carentib⁹ rõne. Calidũ eniʒ agit

Potẽtie rõnales agũt duo cõtraria ĩſimul. Idẽ.ĩ.t.c. 10.t.t.c.4.

calorẽ: ⁊ nõ agit alterũ cõtrariũ.ſ.frigus. Potẽtie em̃ rõnales agũt
duo cõtraria inſimul. V.g. ars medicine q̃ agit ſanitatẽ ⁊ ĩfirmitatẽ.
¶D.d.⁊ cauſa in hoc eſt ⁊c̃.i.⁊ cã in hoc eſt: qꝛ iſte potẽtie agũt per
ſciam: ⁊ ſcia eſt duoꝝ cõtrarioꝝ ſm imaginationẽ ⁊ diffõneʒ: ⁊ diffõ
alterius cõtrarioꝝ intelligit̃ in reſpectu reliqui cõtrarij: ⁊ hoc non hʒ
eodeʒ modo. ¶D.d.⁊ forte erit poſſibile ⁊c̃.i.qm̃ forte eſt poſſibile vt
potentie agant duo cõtraria: ⁊ forte agunt alterũ cõtrariũ in maiori
parte. ¶D.d.ergo neceſſe eſt ⁊c̃.i.qm̃ cũ iſte potẽtie agunt ab intel
lectu ⁊ ſcia: ⁊ ſciẽtia eſt cõtrarioꝝ: ergo ſciet duo cõtraria inſimul: g̃ ne
ceſſe eſt vt agat cõtraria. ¶D.d.vt ſit quoꝝundã ꝑ ſe ⁊c̃.i.⁊ vt agere
cõtraria ſit q̃rundã per ſe: ⁊ quoꝝũdã ꝑ accñs ⁊ quoꝝũdã alterũ ꝯtra/
rioꝝ erit eſſential'r ⁊ alterũ per accñs. ¶D.d.ꝑ accñs igit̃ ⁊c̃.i.⁊ cuʒ
aliquis artifex non intellexerit de priuatione niſi negationẽ tm̃: tũc
nõ intelliget alterũ cõtrarioꝝ niſi per accidẽs: ⁊ ideo qui talem hʒ di
ſpoſitionẽ non intelliget naturã cõtrarij: verũ eniʒ cõtrariũ eſt priua
tio: ⁊ hoc intẽdebat cũ dixit.priuatio em̃ ꝑma eſt cõtraria.



¶Qm̃ aũt ꝯria nõ ſunt in eodẽ. Scia aũt eſt potẽtia in
habẽdo rõneʒ: ⁊ aĩa motus hʒ principiũ. Salubre qdẽ
ſanitatẽ ſolũ facit: ⁊ calefactiuũ caliditatẽ: ⁊ frigefactiuũ
frigiditatẽ. Sciẽs vero ambo: eſt em̃ amboꝝ quidẽ rõ:
non ſimiliter aũt ⁊ in aĩa q̃ hʒ motus principiũ. q̃re am
bo ab eodẽ principio mouebit ad ipſuʒ copulãs. ꝓp qđ
ſm rõnẽ potentia ſine rõne potentib⁹ faciunt cõtraria.
Vnũ em̃ principiũ cõtinet̃ rõne. palam aũt qꝛ ipſi⁹ bene
potentiã ſequit̃ ſolũ faciẽdi aut patiẽdi potentia. Hanc
vero illa nõ ſemper. Neceſſe em̃ bene facientẽ facere:
ſʒ ſolũ facientẽ non neceſſe bene facere.

¶Et ſcientia eſt potentia ſm ꝙ hʒ diſpoſitionẽ. Et aĩa
hʒ principiũ motus etiam. Qm̃ anima ſanans facit ſa/
nitatem: ⁊ calefaciens calorẽ: ⁊ infrigidãs frigus. Sciẽ
tia aũt facit vtrũq;: qꝛ vtrũq; hʒ diffinitionẽ: ſʒ nõ eodẽ
modo: ⁊ hʒ in anima etiaʒ principiũ motus. Ergo mo/
uebit vtrunq; ex vno principio: ⁊ congregabit eam in
idem: qꝛ agit cõtraria: quando agit poſſibilia ſine diffi/
nitione: poſſibilia per diffinitionem. Determinat enim
principiũ vnũ ꝑ diffinitionẽ. Hoc eſt manifeſtũ qm̃ ſe/
quitur bonitatis potentiã que eſt actionis tantũ aut paſ
ſionis: illa aũt non ſequit̃ iſtaʒ in omni tempore. Neceſ
ſe eſt em̃ ꝙ illud qđ eſt bone actionis ſit agẽs ẽt. Agẽs
vero tm̃ non de neceſſitate erit bone actionis.

¶Et ſcia eſt potẽtia actiua ſm ꝙ hʒ diffinitionẽ.i.ſm ꝙ hʒ formaʒ. 4
¶D.d.⁊ aĩa hʒ principiũ motus ⁊c̃.i.⁊ in aĩa etiã ſunt ꝑncipia mo/
tuuʒ ꝑter motũ a ſcia: ⁊ illud ꝑncipiũ nõ agit niſi alteꝝ ꝯtrarioꝝ tm̃.
V.g. ꝙ potẽtia ſanãs aĩata ſolũmodo agit ſanitatẽ vt calor calorẽ: ⁊
frigus frigus. ¶D.d.ſcia vero ⁊c̃.i.ſciẽs aũt agit duo ꝯtraria: qm̃ cõ
traria apud ipm ſunt ĩtẽtiões ĩtellecte: ⁊ ideo nõ inuenit̃ in aĩa ꝑnci/
piũ motus qñ mouet ab intellc̃u in actu aut mouet a rõne eodeʒ mõ.
¶Et intẽdit qm̃ qñ mouet̃ a rõne agit duo cõtraria: ⁊ qñ mouet̃ nõ
a potẽtia agit alterũ cõtrarioꝝ tantũ: ⁊ hoc eſt manifeſti⁹ in alia trã/
ſlatione in qua.d.⁊ nõ eodẽ mõ inuenit̃ in eis motus. ¶D.d. g̃ mo/
uebit vtrũq; ⁊c̃.i.g̃ aĩa qñ cõtraria duo a rõne mouet vtrũq; ab eodẽ
principio cũ cõgregat duo cõtraria in ĩtellectu in eodẽ.ſ. ꝙ ſcia eoꝝ
eſt eadem. ⁊ in alia trãſlatione eſt: ⁊ ideo mouet ⁊ cõgregat ad ipſuʒ
vtrũq; ex eodẽ principio. D.d.agit em̃ cõtraria ⁊c̃.i.⁊ ſciẽs agit cõ/
traria: qꝛ agit illa q̃ ſunt poſſibilia ſine rõne: ⁊ ẽt poſſibilia cũ ratione.

U.g.q̄m facit ſanitatē que eſt poſſibilis a nā poſſibilez a rōne: ⁊ ſm artez medicine. ¶ D.d. eſt enī proprīū per vnū principiū per diffinitionē .i. ſciens enī mouet cōtrariū qđ vult facere p principiū ꝓpriū, ⁊ eſt diffinitio ꝓpria. ¶ D.d. ⁊ hoc eſt etiā manifeſtū qđ ſequit ꝛc. i. ⁊ eſt manifeſtū ꝙ actionē ⁊ paſſionē ſequitur bonitas actionis ⁊ paſſionis .ſ. ꝙ omne bone actionis eſt agens: ⁊ omne bone paſſionis eſt patiens: ⁊ non conuertit .ſ. ꝙ omne agens ſit bone actionis: ⁊ omne patiens ſit bone paſſionis: ⁊ hoc intendebat cum .d. ergo neceſſe eſt vt illud qđ eſt bone actionis ꝛc.

¶ Cap. Tertium.

Sunt aūt quidā qui dicūt vt magarici quādo operat ſolū poſſe: ⁊ quādo nō operat nō poſſe: vt nō edificantē nō poſſe edificare: ſ₃ edificantē qñ edificat. Similr autem ⁊ in alijs. Quibus accidētia incōueniētia nō eſt difficile videre. Palā .n. q₂ nō eſt edificator ſi nō edificet: nā edificatorē eſſe eſt eſſe potētez edificare: ſimiliter autē ⁊ in alijs artibus. Si igit impoſſibile tales habere artes nō diſcentē aliquādo ⁊ accipientē ⁊ nō habere nō abijcientē aliqñ: aut enī obliuione: aut paſſione aliqua: aut tēpore. Non .n. vtiq₃ re corrupta: ſemp enī eſt qñ ceſſauerit nō habebit artē. Iterū qui ſtatī edificabit aliqualiter accipiēs. Et inanimata vtiq₃ ſilr. Neq₃ .n. frigiduz: neq₃ calidū: neq₃ dulce: neq₃ oīno ſenſibile quicq̄₃ erit nō ſentiētibꝰ. Quare Protagore rōnē eis dſe cōtingit. At vo nec ſenſuz qcq̄₃ habebit ſi nō ſentiat nec opet. Si ergo cecū nō hñs viſuz aptūue q̄ro natū: ⁊ qñ aptū natuz eſt: ⁊ adhuc ens ij̄dē erūt ceci ſepe die vno ⁊ ſurdi.

¶ Et quidā vt garicon dicūt ꝙ potentia eſt apud actionem tm̄: vt edificator cū non edificat nō hab₃ potētiam edificatorie: ſ₃ qui edificat quando edificat: ⁊ ſimiliter in alijs rebus. Et nō eſt difficile ſcire quid accidit iſtis de impoſſibili. Manifeſtū eſt enī ꝙ nō erit edificator quādo non erit edificās. Eſſentia enī edificatorie eſt eēntia īpoſſibilitatis edificatorie: ⁊ ſilr in alijs artificijs. Qm̄ ſi eſt illud impoľe vt iſta artificia ſint in aliquo tpe ī eo qđ non ignorat in aliquo tpe: aut per obliuionē: aut per actionē: aut per tempus: nō recedet artificium quādo deſtruitur apud finem rei: ſed eſt ſemper. Et ſi accipiatur in eo aliquo modo qđ eſt ſtatim. Et ſimile huic ſermoni eſt in rebus inanimatis. Non enim eſt calidū: aut frigidum: aut dulce: aut ſenſibile ſine habentibus ſenſus. Accidet enim eis dicere ſermonē Prothagore. Et etiā nihil habebit ſenſum oīno: niſi ſentiat: aut intelligat. Si igit cecū eſt illud qđ nō h₃ viſum in tēpore in quo deb₃ habere viſum: ⁊ h₃ etiā naturā: ⁊ eſſe: tunc illi ipſi erūt ceci multotiens in vna die ⁊ ſurdi etiam.

¶ Cum .d. ſm quot modos dicuntur potentie .ſ. de actiua ⁊ paſſiua: ⁊ deſcripſit ⁊ numerauit ea: ⁊ dedit drias inter rōnalem earum ⁊ irrationalem: vult loqui nunc cū negantibus potētias eſſe: ⁊ ſunt illi qui negant poſſibile eſſe. Primus enī phs d₃ loqui de hoc cum iſtis: cū iſta opinio ſit ſophiſtica. ¶ Et .d. ⁊ quidā vt garicon ꝛc. i. ⁊ quidā negant potentiā procedere ſm tēpus illud ad qđ poteſt dicēdo ꝙ potētia ⁊ aliud ad qđ pōt ſunt inſimul: ex quo cōtingit nullam potentiā eſſe. Potētia enī opponitur actui: ⁊ impoľe eſt vt exiſtant inſimul: ⁊ iſte ſermo exiſtimat nunc a quibuſdā loquentiū: ⁊ eſt ſermo cōtrariꝰ nature hominis. ¶ D.d. exēplum de hoc ⁊ .d. vt edificator .i. opinat ꝙ potētia ad edificare eſt cū edificare: ⁊ ꝙ edificator qñ non edificat nō h₃ potentiā ad edificare: q₂ nō h₃ potētiā edificādi dum nō du₃ edificat. ¶ D.d. ⁊ ſilr in alijs rebus .i. ⁊ ſimilr dicebat in alijs potentijs .ſ. q̄m non procedunt illa in que poſſunt ſm tempus. 1

Primꝰ phs d₃ diſputar̄ ɔtra negantes potētiā

Potētia opponit actui

Uide p̄ de aīa .cō. 6.

¶ D. incepit dicere impoſſibilia cōtingētia eis: ⁊ .d. manifeſtū eſt .n. ꝛc. i. cōtingit enim eis ꝙ edificator nō vere dicit edificator niſi quādo edificat: ⁊ hoc eſt quaſi impoľe. ¶ D.d. eſſentia enī ꝛc. i. ⁊ cū edificator quādo nō edificat nō h₃ poſſe edificādi: tunc forma edificatorie que eſt ars edificatorie nō eſt poſſe edificare .ſ. q̄m cōtingit ꝙ edificator nō dicit edificator qñ nō edificat: niſi per iſtud qđ eſt in eo de nō poſſe edificatorie: ⁊ ſic nō eſt dria inter iſtud qđ habet artē edificatorie quādo nō edificat ⁊ inter illud qđ nō h₃. ¶ D.d. ⁊ ſilr in artificijs alijs .i. ⁊ ſilr cōtingit in alijs artificijs vt ſubſtantia artificij ſit nō poſſe ſue actionis qđ eſt valde impoľe. ¶ D. declarauit hoc ⁊ .d. q̄m ſi impoľe eſt ꝛc. i. q̄m ſi iſta ars nō exiſtit in eis qui habent induſtrias quādo nō agūt abſq₃ eo ꝙ accidit eis aliquid qđ corrūpat artez: aut obliuio: aut longa egritudo: cōtinget neceſſario vt corrūpat quando actio finitur: ⁊ eſt manifeſtū ꝙ ars nō deſtruit neq₃ corrūpit quando perficit edificatū: ſed ipſe Ariſt. dimiſit cōſequens ⁊ deſtruxit ipſum. ¶ D.d. ⁊ erit ſimile huic ſermoni ꝛc. i. ⁊ ſimilr cōtingit in rebꝰ inanimatis cū poſuerimꝰ ꝙ nō eſt in eis potētia anteq̄ agāt .ſ. q̄m cōtingit vt nō ſit hoc frigidū: aut calidu₃: ⁊ vlr tangibile anteq̄ tangat: neq₃ dulce: neq₃ amarū anteq̄ guſtet: ⁊ vlr nullū ſenſibile anteq̄ ſentiat: ⁊ ſic nullū iſtoꝝ inuenit niſi aīal inueniatur: neq₃ in potētia: neq₃ in actu: ⁊ ſic accidit eis opinari opinionē Prothagore ſophiſte. 2

¶ D. induxit illud impoľe ⁊ .d. ⁊ etiā nihil habebit ſenſum oīno ꝛc. ⁊ .d. hoc: q₂ ſentiens quādo nō ſentit eſt ſentiens in potentia: ⁊ ſi potentia nō fuerit, ſequitur vt animal nō ſit animal niſi quando ſentit. 3

¶V.d. ſi igit̄ cecū ⁊c̄. i. ſi igit̄ cecū eſt illud qđ nō hꝫ viſum in tpe in quo nāliter dꝫ habere. ſ. qꝛ caret illo qđ ĩnatū eſt habere in illo tēpore: tunc hō erit cecus qn̄ nō inſpicit aliqđ: ⁊ ſic homo pōt eſſe cecus ⁊ vidēs multotiēs in vna die. ¶V.d. ⁊ hꝫ ēt nām ⁊ eſſe. i. ⁊ q nō videt apud eos caret illo qđ naturalr̄ dꝫ habere in tpe in quo nō videt. ⁊ illa priuatio eſt in eo ſicut diſpō eſt in ceco: qꝛ caret illo qđ naturalr̄ dꝫ habere in tpe in quo inatū ē habere. ¶Sꝫ eſt drīa inter cecū ⁊ vidēs qn̄ nō videt: qꝛ cecus nō hꝫ potentiā vidēdi: ⁊ clauſi oculi hn̄t potentiam videndi: ⁊ iō cuꝫ auferim᷒ potentiā ab illo qui nō videt in tēpore in quo nō videt: cōtingit ꝙ in illa diſpōne ſit cecus.

Drīa eſt inter cecuꝫ ⁊ nō videns qn̄ non videt.

¶Amplius ſi ipoſſe qđ priuatū potētia. Qđ nō ſit poſſe erit factū eſſe. Sed ꝙ impoſſibile eſt factū eſſe: dicens: aut eſſe: aut futurū eſſe mentit̄. Nam impoſſe hoc ſignificauit. Quare he rōnes auferunt motum ⁊ generationem: ſemper enim ſtans ſtabit: ⁊ ſedens ſedebit. Non enim ſurgit ſi ſedet: impoſſe naq; erit ſurgere qđ nō poteſt ſurgere. Si ergo hoc non cōtingit dicere palam: ꝙ potentia ⁊ actus alteruꝫ ſunt. Ille vero rationes potentiam ⁊ actum idem faciunt. Propter qđ ⁊ non paruuꝫ aliquid querunt deſtruere.

Nō ipoſſe ē factū eē impoſſe eſt eſſe aut futuruꝫ eſſe.

¶Et etiam ſi illud qđ caret potentia non hꝫ potētiam: illud qđ non erit non habet potentiā vt ſit. Et qui dicit ꝙ illud qđ nō hꝫ potentiā vt ſit aut erit/ mētit̄. Quoniā non habere potētiā ſignificat hoc. Iſti igitur ſermones negant moueri etiam: ⁊ generari: ⁊ ſtans ſemper erit ſtans: ⁊ ſedens ſemper erit ſedens. Qm̄ ſi fuerit ſedēs non ſurget qꝛ non habet potentiā vt moueat̄. Et eſt impoſſibile dicere hos ſermones: manifeſtū eſt potentiaꝫ eſſe aliud ab actu. Iſti vero ſermones faciūt potentiā ⁊ actū eſſe idē: ⁊ ſic volūt aliquid negare non paruū.

6 ¶Ideſt. ſi igitur illuc qđ caret potentia non habet potentiā: manifeſtum eſt etiā ꝙ illud qđ erit non habet potentiam: ⁊ illud qđ nō erit: manifeſtū eſt etiam ꝙ non habebit potētiā: ex quo ſequitur ꝙ illud qđ erit non erit. ¶V.d. ⁊ qui. d. ⁊c̄. i. ⁊ qui. d. ꝙ illud qđ non habꝫ potentiam non ſic eſt aut erit: fallitur neceſſario. Cum enim dicimus aliquid non habere potentiam intendimus hoc. ſ. ꝙ habere potentiam ad eſſe. ¶Deinde dicit. iſti igitur ſermones negant motuꝫ ⁊c̄. i. ⁊ dicit hoc: qꝛ motus eſt perfectio eius qđ eſt in potentia: ⁊ cum nō fuerit potentia: non erit motus. ¶V.d. ⁊ ſtans erit ſtans ſemp ⁊c̄. ⁊ hoc eſt intellectū per ſe: quoniā illud qđ non habet potentiam ad aliquid nunq̄ ex illo erit illud dum non habet potentiam.

Idē. 3. ph. tex. cō. 6.



¶V. poſuit oīa iſta impoſſibilia quaſi antecedēs: ⁊ poſitionem quaſi cōſequēs ⁊. d. ſi igit̄ impoſſe eſt ⁊c̄. i. ſi igitur eſt impoſſe vt oīa iſta impoſſibilia ſint que cōtingunt negantibus potentiā precedere actum: manifeſtuꝫ eſt ꝙ potentia eſt aliud ab actu ⁊ ante actum. ¶V. d. iſti vero ſermones ⁊c̄. ⁊. d. hoc: qꝛ quando aliquid exit in actum: iam fuit in potētia anteq̄ exiſſet in actum: cum igit̄ aliquis negauerit potētiā precedere ſm̄ tēpus: ⁊ eſt impoſſibile vt ſit in actu cum potētia ⁊ act᷒ ſint cōtraria: cōtinget eis facere potentiā ⁊ actum idem. ¶Et hoc eſt qđ. d. ꝙ potentia eſt cum actu eſt ſermo quaſi nihil. ⁊. d. ⁊ ſic volunt negare aliqđ nō paruū: qꝛ hoc eſſe qđ eſt potētia eſt quaſi in medio entis ſimplr̄: ⁊ qui negāt potentiā negāt primā materiā: ⁊ oēs motus ⁊ generationē: ⁊ corruptionē: ⁊ oēs artes que agunt per cogitationē: ⁊ voluntatē: ad expellendū nocumētū: ⁊ ducēdū iuuamētū. 2

Potētia eſt aliud ab actu ⁊ ante actum.

Qui negāt potētiā negāt primaꝫ māꝫ. Et omnes mot᷒ ⁊ oēs artes q̄ agunt p̄ cogitationē.

¶Quare contingit poſſibile quidem aliquid eſſe: non eſſe autem: ⁊ poſſibile non eſſe eſſe autez. Similiter autem ⁊ in alijs cathegorijs poſſibile eſt vadēs eſſe: ⁊ nō vadere: ⁊ non vadens poſſibile eſſe vadere. Et autem poſſibile hoc cui ſi extiterit actus cuius dicetur habere potentiam: nihil erit impoſſibile. Dico autē puta ſi poſſibile ſedere: ⁊ contingere ſedere: huic ſi ineſt ſedere nihil erit impoſſibile: ⁊ aut moueri aut mouere: aut ſtatui aut ſtatuere: aut eſſe aut fieri: aut nō eſſe: aut nō fieri ſimiliter. Venit autem actus nomen qui ad endelechiā compoſitus: ⁊ ad alia ex motibus maxime. Videtur actus maxime motus eſſe. Quapropter ⁊ nō exiſt entib᷒ non aſſignant moueri. Alias autē quaſdam cathegorias puta intellectualia: ⁊ concupiſcibilia eſſe non entia: mota vero non. Hoc autē qꝛ non entia actu: erunt actu. Nō entium enim quedaꝫ potentia ſunt. Non ſunt autem qꝛ non endelechia ſunt.

Venit aūt act᷒ nomē q̄ ad endelechiā cōpoſitus.

¶Ergo poſſibile eſt vt aliquid habeat potentiā ad eſſe ſed nō eſt: ⁊ vt nō ſit illud qđ hꝫ potētiaꝫ ad non eſſe: ⁊ ſimilr̄ in alijs predicamētis. Illud qđ non habet potētiam ad ambulare non ambulauit: ⁊ qđ nō ambulat habet non ambulare potētiam. Potens enim eſt illud qđ cum habꝫ illud agit in qđ dicit̄ poſſe: ⁊ nihil erit ad qđ non pōt. V.g. ſi poteſt ſedere cum venit ad hoc ſedere nihil erit ad quod non poteſt: ⁊ ſi moueatur aut moue/

bit:aut erigaᷣ:aut erigat. Aliud aūt eſt:aut erit:aut non eſt:aut nō erit. Siſr etiā magis:⁊ hoc nomē actus non venit niſi illius qđ cū potētie cōplemēto:⁊ cū alijs etiaʒ magis ex motibus. Exiſtimaᷣ enī magis ꝙ actio ē motus:⁊ ſimiſr nō attribuūt motuʒ eis que nō ſunt:ſʒ attribuunt illud predicamētis alijs:vt dicūᷣ que non ſunt eſſe cogitabilia aut appetibilia:mobilia vero nō:⁊ hoc eſt ne ſint in actu. Quedā enī nō ſunt in potentia:⁊ nō ſunt:qꝛ non ſunt in cōplemento.

7 ¶ Ideſt. ſequiᷣ igitur ex hoc qm̄ poſſe eſt vt aliqđ habeat potentiā vt ſit ens demōſtratū:ſʒ in tpe in quo hʒ potētiā eſt nō ens. ¶ D. d. ⁊ vt ſit illud qđ nō hʒ potētiā ⁊c. i. ⁊ vt nō fiat illud qđ nō hʒ potētiā. ¶ Et in alia trāſlatiōe ergo poſſe eſt vt aliquid ſit cū nō ſit ens cū nō ſit:⁊ impoſſe eſt vt nō ſit ⁊ ſit. i. ergo poſſe eſt hr re que nō eſt vt ſit cū fuerit nō ens:ſed eſt poſſe vt nō ſit ⁊ erit poſt. ¶ D. d. ⁊ ſiſr in alijs pdicamētis ⁊c. i. ⁊ ſiſr eſt in vnoquoqʒ pdicamētoꝝ. ſ. ꝙ illud qđ nō hʒ potentiā ad aliqđ eoꝝ nō diſponiᷣ per illud ad qđ non pōt. V. g. in predicamento actionis:qm̄ qđ nō pōt ambulare impoſſe eſt vt in aliqua hora ambulet. ¶ D. d. ⁊ illud qđ ambulat hʒ potentiā ad ambulationē. i. ⁊ omne qđ eſt ad aliquid hʒ potentiā ad illud. D. d. nihil erit qđ non hʒ potentiā. i. manifeſtū eſt igiᷣ ꝙ nulla actio prouenit ab aliquo qđ nō hʒ potentiā ad illam actionē. ¶ D. d. exēpluʒ. ⁊. d. V. g. ⁊c. i. v. g. ꝙ ſi aliquis hʒ potentiā ad ſedendū:illud eſt poſſe vt ſedeat:⁊ hoc qñ ſederit nō agit actionē ad quā nō habebat potentiā:ſʒ agit illud ad qđ habebat potentiā. ¶ Et intēdit ꝙ querēdū eſt a negātib⁹ potentiaʒ precedere actionē. ſ. ꝙ qñ aliquis agit aliquā actionē:vtrū agat illud ad qđ habebat potentiā ante actōeʒ:aut ad qđ nō habebat potētiā. ſʒ adhuc qđ nō hʒ potētiā. ergo agit impoſſe ſibi:⁊ illud ad qđ pōt. ergo cōcedūt potentiā pcedere actionē. ¶ Moderni aūt ponūt vnuʒ agēs oīa entia ſine medio. ſ. deū:⁊ cōtingit iſtis vt nullū ens habeat actionē ppriā nāſr. ⁊ cū entia nō habuerint actiones pprias:nō habebūt eſſentias pprias:actiōes enī nō diuerſanᷣ niſi p eſſentias diuerſas. Et iſta opīo eſt valde extranea a natura hoīs:⁊ qui recipiūt hmōi nō hñt cerebrū habilitatū naturaſr ad bonuʒ. ¶ D. d. ⁊ ſi moueanᷣ ⁊c. i. ⁊ ſi quicqđ moueᷣ:aut mouet:aut eleuet:aut eleueᷣ:aut eſt:aut erit:nō diſponiᷣ p aliqđ iſtoꝝ niſi illud qđ hʒ potentiā ad illđ ſcʒ qđ nō dᷣ aliquid moueri niſi qñ hʒ potentiā ad illud:⁊ ſiſr nō dᷣ eleuare aut eleuari:niſi illud qđ pōt hec:⁊ ſiſr nō dᷣ eſſe aut fore niſi illud qđ pōt eſſe:aut fore. ¶ D. d. aut nō erit ⁊c. i. ⁊ ſiſr cū dᷣ aliqđ nō eſſe:aut nō facere aliquid dᷣ qđ nō hʒ potentiam ad illud. ¶ D. d. ⁊ hoc nomen actio ⁊c. i. ⁊ illa que ſunt cōpoſita ex cōplemento ⁊ potētia nō dicitur eſſe actio quādo mouenᷣ. Exiſtimaᷣ enim ꝙ illud qđ eſt in actu eſt mobile:⁊ ꝙ motus eſt actio. Illa autē que non mouentur nō dicuntur eſſe actus:vt intelligibilia ⁊ voluntabilia. Non enim dicuntur eſſe ſimpſr:ſʒ eſſe in aīa:ſʒ ⁊ in cognitiōe. ¶ Et hoc intēdebat cū dicit.

Digreſſio ꝯtra loquētes ī ſua lege.
Si entia nō habuerint actōes proprias ñ habebūt eſſentias pprias actōes enī ñ diuerſanᷣ niſi p diuerſas eēntias Vide pͦ celi. 8.



eum. d. ⁊ ſimiliter nō attribuunt ⁊c. i. V. g. ꝙ entia que non ſunt extra animā non dñr eſſe ſimpſr:ſed dicūtur eſſe in aīa cogitatiua:aut aīa appetitiua:ſed non dñr entia ſicut dñr res mobiles. ¶ D. d. ⁊ illud eſt ne ſint in actu ⁊c. i. ⁊ illud qđ eſt in potentia non dᷣ eſſe:qꝛ entia in aſpectu pmo ſunt illa q̄ mouenᷣ in actu. ¶ Et induxit hoc ad declarandū cām latentie pp quā hoc nomē ens non dᷣ ſimpſr apud vulgus de eo qđ eſt in potētia:⁊ ſit in aīa in actu.

Entia q̄ nō ſunt ex̄ aīaʒ nō dñr eſſe ſimpſr:ſed dñr eē ī aīa cogitatiua aut appetitiua. vid. 5. met. cō. 15. Et. 10. met. cō. 2.

¶ Si aūt eſt qđ dictū eſt poſſe inquātū ſequiᷣ: palaʒ qꝛ nō cōtingit veꝝ eſſe aliqđ dicere: qꝛ poſſibile hoc: non erit aūt:vt ⁊ impoſſia eē ſic diffugiat. Dico aūt puta ſiqs dicat poſſe diametrū cōmēſurari:non tñ cōmenſurabiᷣ: nō cogitās impoſſe eſſe:qꝛ nihil phibet poſſe aliqđ ens eſſe:aut fieri:nō eſſe vero:aut nō futurū eſſe. Sed illud neceſſe ex poſitis ſit:⁊ ſupponam⁹ eſſe:aut fieri:qđ non eſt qdeʒ:poſſibile aūt:qꝛ nihil erit īpoſſibile. Non enī eſt idē falſum ⁊ impoſſibile. Nam te nunc ſtare falſum quidē eſt:⁊ non impoſſibile.

Nō eſt idē falſuʒ ⁊ impoſſibile.

Coſta.




¶ Si igitur hoc qđ dictum eſt ſit īpoſſe:aut neceſſariuʒ manifeſtuʒ eſt ꝙ ſermo dicens ꝙ impoſſe eſt vt ſit verus ſermo dicēs hoc eē poſſibile vt ſit:ʒ nō erit ita ꝙ ſequiᷣ hunc ſermoneʒ vt ſint res que impoſſe eſt vt ſint. V. g. ſi aliquis dixerit ꝙ diameter mēſurat ꝙ impoſſe ē mēſurare hoc. Non enī cogitat hoc eē īpoſſe. Nihil. n. prohibet cū fuerit aliqđ qđ poſſe eſt vt ſit:aut vt generet:vt nō ſit:neqʒ gñeᷣ. Sed hʒ eſt neceſſariū ex poſitis ſi fuerit:⁊ poſuerim⁹ ipʒ eē:aut fuiſſe illud qđ nō eſt. Sed impoſſibile eſt vt ſit:accidet vt aliqđ qđ non hʒ potentiā ex dicere ꝙ nō hʒ potētiaʒ ſm menſurā nō falſum:⁊ nō habere potētiaʒ eſt idem. Sermo. n. dicētis te eſſe mō ſurgēteʒ eſt falſus:ſed non hʒ impotētiaʒ cum ſit poſſibile.

8 ¶ Si igitur illud qđ dictū eſt ſit poſſibile: aut neceſſariū.ſ. ꝙ potētia ⁊ poſſe precedūt actionē: manifeſtū eſt: qm̄ impoſſe eſt vt aliqđ poſſibile nunꝗ̄ exeat in actū. ¶ D.d. ita ꝙ ſequitur ex hoc ſermone.i. qm̄ cum fuerit poſitū ꝙ aliqđ poſſibile nō erit: ⁊ eſt opinio Platonis: ſequitur impoſſe ex poſitione iſtorum.ſ. vt ſit illud qđ impoſſe eſt vt ſit. ¶ D.d. V.g. ſi aliquis poſuerit ꝙ diameter īpoſſe eſt vt ſit ſimeter coſte: ⁊ ꝙ eſt ſimeter ei. ¶ D.d. non eniȝ cogitat ⁊c̄.i. iſte eniȝ due opiones nō cōgregant in vna cogitatōe. qui enim opinantur ꝙ diameter impoſſe eſt vt ſit ſimeter: nō cogitat de demonſtratiōe ſup hoc ꝙ ſit ſimeter. D.d. nihil eniȝ ꝓhibet ⁊c̄.i. ⁊ cum aliqđ fuerit poſſe vt ſit forte erit ⁊ forte nō erit. ¶ D.d. ſed hoc eſt neceſſariū ex poſitis.i. ⁊ cum ſit impoſſe illud qđ pōt eē non eē: cōtinget huic poſitioni ꝙ cuȝ aliquid fuerit qđ ante fuit impoſſe vt eſſet. ¶ Et intendebat notificare ꝙ iſta ꝯſecutio que eſt neceſſario vera: eſt ecōtrario ei qđ ponūt negātes naturaȝ eſſe poteſtate. Cōtingit eniȝ ponētib⁹ aliqđ eſſe ꝙ ante non fuit poſſe: hoc.ſ. ꝙ illud qđ eſt poſſe nō erit oīno. ¶ D.d. ⁊ accidit ꝙ aliqđ qđ non hȝ potentiā ⁊c̄.i. ⁊ ſequit̄ hanc poſitionē vt illud qđ nō hȝ potentiaȝ. V.g. latus qđ non hȝ potentiā ad menſurā vt ſit. ¶ D.d. naȝ falſum ⁊c̄.i. ⁊ cōtingit dicentib⁹ qđ erit illud qđ eſt impoſſe vt ſit hoc qđ falſuȝ poſſibile ⁊ falſum impoſſe fuit idem. Nulla eniȝ eſt differētia inter h̄ duo falſa niſi hoc ꝙ alteruȝ poteſt recipere verū: ⁊ reliquū nō pōt: ⁊ cum nō fuerit illic poſſe qđ precedat eſſe rei: tunc ponere ipſum eſſe anteꝗ̄ ſit eſt falſum impoſſibile non falſuȝ poſſibile. ¶ Deinde.d. exemplum: ⁊.d. ſermo eniȝ dicentis ⁊c̄.i. ⁊ differentia inter hec duo falſa.ſ. impoſſibile ⁊ nō impoſſibile eſt qꝛ nō impoſſibile hȝ potentiaȝ ad verum: impoſſe autē non hȝ potentiaȝ ad illud. V.g. qm̄ dicere te eſſe ſurgentē dum ſedes: eſt dicere falſum: licet poteſt tn̄ eſſe veruȝ in aliquo tempore: dicere vero ꝙ diameter eſt ſimeter coſte: eſt dicere falſum qđ nunꝗ̄ erit verum.

Que ē dr̄ia inter falſuȝ poſſe ⁊ inter falſuȝ īpoſſibile.

¶ Simul aūt palā: qꝛ ſi.a. ente neceſſe.b. eſſe. Et poſſibili ente.a.⁊.b. neceſſe eſt eſſe poſſe. Si eniȝ nō neceſſe eſſe poſſe: nihil ꝓhibȝ nō eſſe poſſe eſſe. ſi aūt poſſe nihil ꝓhibȝ nō eē poſſe eſſe. ſi aūt poſſe. Ergo qñ.a. poſſe erit eſſe: ſi ponat̄.a. nihil īpoſſe eē accidit. B. aūt neceē eē. ſȝ erat īpoſſe. Sit itaqȝ īpoſſe: ⁊ ſi īpoſſe neceē eſſe.a. neceſſe ⁊.b. eſſe. Sed erat primū īpoſſibile: ergo ⁊ ſcđȝ. Si igit̄ ſit.a. poſſibile ⁊.b. erit poſſibile ſiquidē ſic ſe habebant: ergo.a. ente neceſſe ⁊.b. eſſe. Si itaqȝ ſic ſe habentibus.a.b. non eſt poſſibile.b. Ita nec.a.b. habebit vt poſituȝ eſt. Et ſi.a. poſſibili ente: neceſſe eſt.b. poſſibile eē: ſi eſt a. neceſſe eſt.b. eſſe. Naȝ poſſe eſſe ex neceſſitate.b. eſſe ſi.a. ſit poſſe: hoc ſignificat ſi ſit.a. ⁊ qñ ⁊ vt erat poſſibile eſſe: ⁊ illud tunc eſſe ⁊ ita eſſe neceſſe.



¶ Et cuȝ hoc manifeſtū eſt: ꝙ ſi.a. fuerit neceſſe erit.b. Et ſilr̄ ſi poſſe fuerit vt ſit.a. neceſſe eſt vt.b. ſit ēt poſſe. Qm̄ ſi non fuerit neceſſe vt ſit poſſibile: nihil ꝓhibet vt nō ſit poſſe. ſi igitur.a. poſſibile: ergo cuȝ fuerit poſſe.a. accidet vt ſit alicui⁹ impoſſibilis. Et ſi.a. fuerit poſitum neceſſario erit.b. ſed nō eſt poſſe. Cū igit̄ fuerit.a.⁊.b. erit poſſibile cuȝ fuerit in hac diſpōne: ita ꝙ ſicut.a. neceſſe eſt vt ſit.b. ſi aūt.a.⁊.b. fuerint in hac diſpōne: ⁊ ſi nō fuerit.b. poſſibile in hac diſpōne: neqȝ.a.⁊.b. erunt ſicut eſt poſitum. ⁊ ſi.a. fuerit poſſibile neceſſe eſt vt ſit.b. poſſibile. Et ſi.a. fuerit etiaȝ neceſſario erit.b. Poſſibilitas enim eſſendi.b. eſt neceſſariū eſſe quādo ſit impoſſibile aliquid loco iſtius: ſi.a. fuerit ⁊ cū fuerit illud qđ eſt poſſibile non. Ergo illa neceſſe eſt vt ſint cuȝ fuerint: ⁊ vt ſint in hac diſpoſitione.

¶ Quia dicentib⁹ ꝙ aliquid erit ꝙ eſt impoſſibile vt ſit: ⁊ ſunt negātes potētiam precedere actuȝ: cōtingit ꝙ illud qđ eſt poſſibile vt ſit nō erit oīno: incepit deſtruere hoc ad deſtruēduȝ potētiam eorū.ſ. dicentē aliquid eſſe poſſibile qđ nunꝗ̄ exit in actuȝ: ⁊ incepit in hoc capitulo preponere ad deſtruenduȝ hanc poſitionē illa que debent preponi.ſ. ꝙ falſum impoſſibile non ſequitur ex falſo poſſibili. ¶ Alio modo vero vtimur hac propoſitiōe quam intendit in hoc capitulo declarare in hoc ꝙ nihil hȝ potentiaȝ ad corruptionē quin corrumpatur: aut ad generationē quin generetur: ⁊ ꝙ nihil qđ non hȝ potētiam ad generationē generabit̄: aut qđ nō hȝ potentiā ad corruptionem corrūpitur. ¶ Sic declarabit̄ ponēdo ꝙ in.a. eſt potētia ad corruptionē ⁊ nunꝗ̄ corrūpet̄. D. ponat̄ ꝙ.a. corrūpit̄: ⁊ iſta poſitio erit falſum poſſe nō impoſſe: qđ eniȝ hȝ potentiā ad aliqđ ſi fuerit poſituȝ in actu erit falſuȝ ſed nō impoſſe: falſuȝ.n. īpoſſe eſt illud in quo nō eſt potētia. Cum.n. poſuerimus.a. corrūpi ⁊ nō corrūpi ſequit̄ in tertia figura ꝙ quiddaȝ qđ nō corrūpit̄/corrūpitur. Et cum fuerit poſitū ꝙ hoc falſuȝ impoſſe nō ſequit̄ ex ꝓpoſitiōe poſſibili erit ſcituȝ ꝙ propō ex qua ſequit̄ impoſſe eſt dicēs ꝙ illud in quo ē potētia ad corruptionem nō corrūpit̄: ⁊ ꝓponit ad declarāduȝ hoc ꝙ ex poſſibili nō ſequit̄ impoſſe. ⁊ hoc fecit in priorib⁹ analecticis: ⁊ in celo ⁊ in terra. ¶ Et d. cum hoc ⁊c̄.i. ⁊ eſt manifeſtū ꝙ cum fuerint duo quoꝝ alteꝝ ſequitur reliquū. V.g. ꝙ.a. ſequit̄.b. ꝙ ſi.a. fuerit neceſſariū.b. erit neceſſariuȝ. ⁊ ſi poſſe: poſſe: ⁊.a. fuerit.b. erit. Et qꝛ ſyll'us ⁊ ꝯcl'o ſunt ꝯñtia eſt neciuȝ ꝙ cū ſyll's fuerit ex ꝓpōnib⁹ neceſſarijs: ꝯcl'o erit necia: ⁊ ſi ex poſſibus: poſſis. ¶ D. incepit dicere hoc: ⁊.d. ſi igitur nō fuerit poſſe ⁊c̄.i. ſi ergo ꝯcluſio que eſt.b. nō fuerit poſſibilis: ⁊ eſt ꝯcluſio ſylli poſſibilis.ſ.a. ponat̄ ꝙ.b. ſit nō poſſe.ſ. falſum impoſſe. D.d. ſi igit̄.a. poſſe i. eſt ponat̄ igit̄ ꝙ.a. eſt poſſe ⁊.b. impoſſe. D.d. cū igit̄ fuerit poſſe ⁊c̄.i.

9 Cōtinuatio

Expō textꝰ

ſi .a. fuerit poſſe ⁊ fuerit poſitū eſſe in actu: cõtinget vt cõcluſio que ſequit̃ ex ipſo ſit impoſſibilis. ergo .a. eſt impoſſe non poſſe: ſed poſitum fuit .a. eſſe poſſibile ⁊ hoc eſt incõueniēs: qm̃ .b. cum nõ fuerit nõ erit .a. qm̃ poſitū fuit ꝙ cū .a. fuerit erit .b. D.o. cum igitur fuerit .a. ⁊ .b. ⁊c̃. i. neceſſe eſt igit̃ ſi .a. fuerit poſſe vt .b. ſit poſſe cū fuerint in hac diſpoſitiõe. ſ. ꝙ .b. ſequit̃ ex .a. erunt .a. ⁊ .b. poſſibilia. ſ. ſyll'us ⁊ ꝯcluſio cū fuerint poſita ĩ hac diſpõne. ſ. ꝙ .b. ſequat̃ ex .a. D.o. ſi aūt .a. ⁊ .b. fuerint in hac diſpone ⁊c̃. i. ſi aūt .a. ⁊ .b. fuerint ſm̃ ꝙ poſitū eſt de cõſecutõe: ⁊ .b. nõ fuerit poſſe .a. ēt nõ erit ſic eſt poſitū. i. nõ erit poſſe. D.o. ⁊ ſi .a. fuerit poſſe ⁊c̃. i. manifeſtū eſt igit̃ ex hoc ꝙ cum .a. fuerit poſſe .b. neccio erit poſſe. ⁊ cū .a. fuerit .b. neccio erit. D.o. qm̃ poſitas eēndi .b. ⁊c̃. i. poſitas eēndi .b. eſt necia p poſitatē eēndi .a. D.o. ⁊ cū ſit ĩpoſſe ⁊c̃. i. cū ſit impoſſe aliqd in loco iſtius. ſ. cū .a. fuerit vt ſit .b. ⁊ ſimiliter ſi .a. fuerit in alia diſpoſitione .b. impoſſibile eſt vt ſit niſi in illa diſpoſitione. D.o. ergo neceſſe eſt vt ſit .b. cum fuerit .a. ⁊ vt ſit in illa diſpoſitione eſſendi in qua eſt .a.

## ¶ Capitulum Quartum.

Omnibus aūt potētijs exñtibus his quidem cognatis: vt ſenſibus: his autem conſuetudine: vt que eſt fiſtulandi: alijs autē diſciplinatu: vt que eſt artium. Has quidē neceſſe eos qui preexercitati fuerit habere quecūqʒ cõſeuetudine ⁊ rõne. Non tales aūt: ⁊ eas que ſunt in pati nõ neceſſe. Qm̃ aūt poſſibile aliqd: poſſibile: ⁊ qñqʒ ⁊ quodãmodo: ⁊ quecūqʒ alia neceſſe ad eſſe ĩ diffinitiõe: ⁊ hec quidē ſm̃ rõnē pñt mouere: ⁊ potentie ipſoꝝ cū rõne: hec aūt irrõnabilia: ⁊ potētie ēt irrõales: illas qdē neceſſe in aĩato eſſe: has vero in ambob⁹. Tales qdē potētias neceſſe qñ vt pñt actiuū ⁊ paſſiuū appropinquāt: hoc quidē facere: illud vero pati: illas vero nõ neceſſe. He qdē .n. oēs vna vni⁹ factiua: ille aūt ꝯtrarioꝝ. Quare ſimul faciēt cõtraria. ſ. ſi agerēt approximata paſſiuo ſine aliquo determināte. Hoc aūt impoſſe. Neceſſe ergo alteꝝ aliquid eſſe qđ ꝓpriū eſt. Dico aūt hoc appetitū: aut ꝓhereſim. Quod eniʒ deſiderabit principl'r hoc faciet qñ vt pt̃ exiſterit ⁊ appropinq̃uerit paſſiuo. Quare potēs ſm̃ rationē omne neceſſe eſt qñ deſiderat cuius hʒ potentiā ⁊ vt hʒ hoc facere. Habet aūt pñte paſſiuo: ⁊ ita ſe habente facere: ſi aūt nõ: facere nõ poterit: nullo nãqʒ exterioꝝ ꝓhibēte adhuc adiūgere nihil adhuc oʒ.



Potentiā eniʒ hʒ vt eſt potentia faciendi. Eſt autē non oĩno: ſed hñtiū aliquo mõ in qbus excludent̃ que exterius ꝓhibent. Remouēt eiʒ hoc eoꝝ que in determinatione apponunt̃ quedā. Propter qđ nec ſi ſimul volūt aut cupiunt̃ facere duo: aut cõtraria facient. Nõ eniʒ ita ſimul hñt ipſoꝝ potentiā: nec eſt ſimul faciendi potētia: quoniam quorum eſt ſic facient.

¶ Et cū fuerint oēs potentie: ⁊ quedā hñt vnū genus: vt ſenſus: ⁊ quedā per additamētū vt muſica: ⁊ quedā per doctrinā vt artificioꝝ: neceſſe eſt vt q̃dā ſint in eis quoꝝ actio ꝓcedit: ⁊ ſunt oĩa que ſunt per cõſuetudinē: ⁊ locationē. Que aūt nõ ſunt talia: ſunt iſta q̃ ſunt p paſſionē: ⁊ nõ eſt neceſſe vt ſint ſic. Et cū poſſibile eſt aliqd poſſibile ē in aliquo tpe: ⁊ quodãmodo: ⁊ per oĩa q̃ debent diſtingui neceſſario. Et illa que pñt ad motū ſunt ſm̃ rõnem: ⁊ potentie eoꝝ etiā ſunt cū rõne etiā. Ergo que nõ hñt rõnē potētie eoꝝ nõ hñt rõnē etiā. Et eſt neceſſe illa eſſe in aĩato: iſta vero in vtroqʒ. Potētie vero tales qñ appropinquāt ſm̃ ꝙ eſt poſſibile eis de actiuo ⁊ paſſiuo: neceſſe eſt vt q̃dā agant: ⁊ quedā patiātur. Alia vero nõ eſt neceſſe. Vnaqqʒ .n. oĩum iſtaꝝ agit aliā: illa vero agūt ꝯria. Agit igit̃ ꝯria inſiƚ qđ eſt poſſe. Ergo neceſſe eſt vt dicim⁹ numer⁹ ſit aliud. Et dico ꝙ hoc ē appetit⁹ aut volūtas: qm̃ nõ agit niſi illud qđ appetit in rei veritate: cū fuerit ſm̃ ſuā potētiā: ⁊ fuerit ꝓpinquū paſſiuo. Ergo oē qđ hʒ potētiā ſm̃ rõnē neceſſe eſt cū fuerit appetēs illud qđ hʒ potētiā nõ agat illud: ⁊ ſʒ ꝙ hʒ de appetitu ēt ſemp erit: cū paſſiuū fuerit ꝓpinquū: ⁊ habuerit potētiā actõis in hac diſpõne. ⁊ ſi actio põt ad hoc: ⁊ nõ indiget̃ addere in ſermone: ⁊ ſi nõ fuerit aliqđ extrinſecū: q2 potētia eſt ĩ eo: ⁊ quaſi hoc in potentia actionis eſt additamētū: ⁊ hoc nõ eſt oĩ mõ niſi in eis que ſunt quodã mõ: ⁊ in hoc erit diuiſio: ⁊ additio: ⁊ per res extrinſecas ꝓhibētes. Iſta eniʒ diminuūt quedā in diuiſiõe. ⁊ idõ ſi voluerit ⁊ appetierit agere cõ-

traria inſimul nõ aget: q2 nõ hꝫ potẽtiã ad illa ſꝫm hanc diſpõnẽ. ⁊ ẽt non hꝫ aliquã potentiaꝫ que agat cuꝫ illo qd̓ poteſt agere hoc modo.

10 **Ideſt.** ⁊ cum potentie modi ſunt diuerſi: quedã exiſtũt per nãm ⁊ collocanẽ ſub vno genere. ſ. nã. ſ. ꝙ ꝯueniũt in hoc ꝙ exiſtunt per naturã. V.g. ſenſus: ⁊ quedã exiſtunt per aſſuetudinẽ: ⁊ quedam per diſciplinã. V.g. vt plures artes agentes. V.g. vt ars medicine: ⁊ alie artes operatiue que vtuntur rõne. ¶ Et. d. hoc: q2 artes operatiue quedaꝫ acquirunẽ per aſſuetudinẽ ⁊ quedaꝫ per rõnem: ⁊ quedaꝫ per rõnem ⁊ aſſuetudinẽ. ¶ Et cum narrauit modos potentiarum. d. ergo neceſſe eſt ⁊c. i. ergo neceſſe eſt vt potentie ⁊ habitus precedant actiones illaruꝫ potentiarũ ⁊ habituũ: qui eniꝫ tangit citharaꝫ nõ acquirit habitũ tangendi citharam donec tangat illam. ¶ D. d. que aũt nõ ſunt ⁊c. i. potẽtie aũt nãles precedũt ſuas actiões in eſſe: qui eniꝫ hñt potẽtiaꝫ viſibileꝫ nõ eſt neceſſariũ in hoc ꝙ acquirat hanc potentiã: hoc. ſ. ꝙ ante videat. D. d. ⁊ cum poſſe eſt ⁊c. i. ⁊ cũ poſſe eſt: eſt poſſe in aliquo tẽpore: ⁊ in aliquo mõ poſſibilitatis: ⁊ vlr omnes diſpoſitiões que debẽt diſtingui neceſſario in quolibet poſſibili. ¶ Deinde. d. ⁊ ille que poſſunt ad motũ ⁊c. i. ⁊ cum illa que poſſunt aliam actionẽ fuerint rõnabilia: potentie eorũ agentes erunt cõiuncte cum rõne: ⁊ intendit ꝙ rõ eſt primus motor in eis. ¶ D. ergo que non habẽt rõneꝫ ⁊c. i. ergo oĩs potẽtia cuius actio nõ prouenit a rõne eſt abſoluta a rõne. Deinde. d. ⁊ eſt neceſſe ⁊c. i. ⁊ eſt neceſſe vt illa que ſunt cum rõne ſint in animato: ⁊ que nõ ſunt cum rõne ſunt in vtroqꝫ. ſ. in animato ⁊ in inaĩato. ¶ Deinde. d. potentie auteꝫ que ſunt tales ⁊c. i. potentie vero que ſunt ſine rõne qñ agens appropinquat acto: ⁊ nõ eſt illic aliqd̓ impediẽs extrinſecũ: neceſſe eſt vt agẽs agat ⁊ patiaẽ patiens. V.g. ꝙ qñ ignis appropinquat alicui combuſtibili: ⁊ non fuerit illic aliqd̓ impediẽs neceſſario combureret. ¶ D. d. alie autem ⁊c. i. alie vero potentie. ſ. que ſunt cum rõne nõ eſt neceſſe qñ appropinquãt ſuis agendis vt agant: qm̃ vnaqueqꝫ illarum agit alterum cõtrarioꝝ tantũ: que aũt ſunt cuꝫ rõne agunt duo cõtraria. Scientia eniꝫ eſt ſciẽtia cõtrarioꝝ. ¶ D. d. ergo agit contraria inſimul: qd̓ eſt impoſſe. i. ſed ſi agit duo ꝯtraria per ſe ⁊ primo cõtinget ex hoc vt agat duo cõtraria inſimul: qd̓ eſt impoſſe. ¶ D. d. ergo neceſſe eſt vt numerus dicẽs ſit aliud. i. ergo neceſſe eſt vt in iſtis ſit principium prius potẽtijs mouẽtibus que ſit cã in hoc ꝙ agunẽ alterũ cõtrarioꝝ qñqꝫ: ⁊ alteꝝ qñqꝫ: ⁊ vniuerſalr neceſſe eſt vt aliquid ſit qd̓ faciat magis agere alterum cõtrariuꝫ ꝙ̃ alterum: ⁊ hoc eſt veruꝫ principium. ¶ Deinde. d. ⁊ hoc eſt appetitus ⁊ volũtas. i. ⁊ hoc principiũ qd̓ facit magis agere alteruꝫ ꝯtrarioꝝ eſt appetitus ⁊ volũtas que eſt ab intellectu. Appetitus eniꝫ cum fuerit alteri⁹ cõtrarioꝝ: tunc actio agẽtis pendet ex illo cõtrario: ⁊ ſimilr a voluntate. ¶ Deinde. d. qm̃ nõ aget ⁊c. i. ⁊ iſte potentie nõ agunẽ de cõtrarijs niſi illud qd̓ magis appetunt: aut appetitu intellect⁹: aut appetitu imaginationis. ¶ Et. d. ſꝫm ſuam potẽtiaꝫ: q2 qñqꝫ appetitur qd̓ non poteſt acquiri. ¶ Et. d. qñ fuerint propinqua: q2 ꝓpinquitas eſt neceſſaria: ⁊ eſt cõis duab⁹ potentijs. ſ. rõnali ⁊ irrõnali. ¶ Deinde. d. ergo omne qd̓ habet potẽtiaꝫ ⁊c. i. ergo neceſſe eſt cũ rõcinatus habuerit magnũ appetitũ ad illud qd̓ põt agere vt agat illd̓ ſꝫm ſuũ appetitũ ⁊ ſuũ poſſe: ſꝫ nõ agat niſi qñ patiẽs fuerit ꝓpinquum ei: ⁊ habuerit in tpe actionis iſtã diſpoſitionẽ quaꝫ dicimus. ſ. appetitũ ⁊ potentiã ad agere. ¶ D. d. ⁊ ſi actio põt ⁊c. i. ⁊ nõ indigemus cũ hoc ꝙ potẽtia poſſit agere ⁊ addere niſi aliqd extrinſecũ ĩpediat: qm̃ ſufficit in hoc qd̓ dicimus ꝙ potentia põt agere: qm̃ cũ fuerit illic impediẽs: tunc potentia non poterit: ⁊ hoc intẽdebat cũ. d. q2 potẽtia eſt in eo. ⁊ ideo impedimẽta in quibuſdaꝫ virtutibus ſunt per accidẽs. ¶ D. d. ⁊ quaſi hoc in potẽtia actionis eſt additamentũ. i. ⁊ dicere hoc in potẽtia actionis eſt ſuperfluũ. ¶ D. d. hoc non eſt omni modo ⁊c. i. ⁊ non excipiunẽ impedimẽta extrinſeca in omni potentia: ſed in aliquo modo poſſibili: ⁊ in iſtis qñ diſtinguiẽ potentia actionis dr̃ ꝙ potentia ad actionẽ dominaẽ ſuper agendũ. ⁊ impedimẽta extrinſeca auferuntur. ¶ D. d. ⁊ q2 iſta diminuũt quedaꝫ in diuiſione. i. qm̃ in iſtis quãdo non diſtinguitur potentia agentis his duobus modis tunc intellectus erit diminutus. ¶ Deinde. d. ⁊ ideo ſi voluerit ⁊c. i. ⁊ neceſſe eſt vt potentia agentis ad actionẽ ſit cũ appetitu: ⁊ tũc ĩuenit actio: qm̃ ſi appetiuerit agere ꝯtraria inſimul non põt: q2 non hꝫ potentiã ad illa inſimul. ¶ D. d. ⁊ nõ hꝫ aliquã potentiã ⁊c. i. ⁊ ideo non hꝫ aliquaꝫ potentiã q̃ agat illud qd̓ põt agere ſꝫm hunc modũ. ſ. agere duo cõtraria inſimul.

Artes operatiue q̃t modis acquiruntur.

Actiuo nãli obuite approximato paſſo ⁊ nõ ĩpedito neceſſario prouenit actio.

Potẽtie rõnales agũt duo ꝯtraria. Idẽ. 5. c. 3.

## ¶ Capitulum Quintum.

Voniaꝫ aũt de potẽtia que ſꝫm motũ dr̃ dictũ eſt: de actu determinem⁹ qd eſt actus ⁊ quale quid. Eteniꝫ poſſe ſimul manifeſtũ erit diuidẽtib⁹. Quia nõ ſolũ hoc dicimus poſſe qd̓ aptũ natum eſt mouere aliud: aut moueri ab alio: aut ſimplr: aut modo quodã: ſꝫ ⁊ aliter. Quapropter querẽtes de his ſuperueniemus. Eſt aũt actus exiſtere rem nõ ita ſicut potẽtia dicimus. vt in ligno mercuriũ: ⁊ in toto medietatẽ: q2 auferẽ vtiqꝫ ſciẽtem: ⁊ non ſpeculantẽ ſi põt ſpeculari hoc actu. Palam aũt inductione in ſingularib⁹ qd̓ dicere volumus: ⁊ nõ opꝫ oĩs terminuꝫ querere: ſed ꝓportionale cõſpicere. Quia vt edificãs ad edificabile: ⁊ vigilãs ad dormiẽs: ⁊ vidẽs ad claudẽs quidẽ oculũ: viſum aũt habẽs: ⁊ ſegregatum ex mã ad materiã: ⁊ elaboratũ ad illaboratũ eſt aliud: ⁊ hui⁹ drĩe alteri parti ſit actus determinatus: alteri aũt poſſibile. Dicunẽ aũt actu non omnia ſimiliter: ſed aut ꝓportionaliter: vt hoc in hoc: aut ad hoc ſic hoc in iſto aut ad iſtud. Hoc quidẽ enim vt motus ad

potentiã. Illa vero vt ſubſtãtia ad aliquã materiã. Ali/
ter aũt ⁊ infinitum ⁊ vacuũ ⁊ quecũqꝫ talia dicunt po/
tentia ⁊ actu multis entium vt videnti: ⁊ videnti ⁊ viſi/
bili. Hoc quidem eñ cõtingit ⁊ ſimplr̃ verificari aliqñ.
Hoc eniꝫ viſibile: qꝛ vr̃: illud vero qꝛ videri poꝛe. Sed
infinitũ non ita potentia eſt tanqꝫ actu futurũ ſeparabi/
le: ſed notitia. Eo enim qꝺ non deficiat diuiſio: oſtẽdũt
eſſe potẽtia hũc actũ: in ſeparari vero non.

¶ Et cũ dictũ eſt de potẽtia que eſt ſcꝫ modũ motus di
ſtinguemus actũ. Et queſtio eſt qd ſit actus: qm̃ hec di
ſtinctio manifeſtabit ⁊ poſſibile. Nõ eniꝫ dicimus hic
tm̃ eſſe poꝛe mouere aliud: aut moueri ab illo ſimplr̃:
ab alio aũt alio modo etiã: ſed ⁊ ſm aliũ modũ etiã. Et
ideo apud noſtrã qõnem dicemus iſta etiaꝫ. Quod eſt
igit in actu eſt vt ſit res nõ in diſpõne in q̃ dr̃ eſſe potẽ/
tia: ⁊ hoc qꝺ intẽdimus dicere declarabit per ſermonẽ
⁊ rõnem ſequentẽ in rebus ſimplicib⁹. Et non opꝫ que/
rere diffõnem: ſed cõſiderare de rebus que dicunt ſm
cõuenientiam. Qm̃ ſicut ꝓpoꝛtio edificatoꝛis ad edifi/
catum: ⁊ vigilantis ad doꝛmientẽ: ⁊ videntis ad clau/
ſum oculos qꝺ hꝫ viſum: ⁊ abſtracti a mã ad mãm: ⁊ ar
tificiati ad artificẽ. Et etiã ſit alterius duaꝝ partiũ iſtius
diſtinctionis actus per ſe: ⁊ alterius potẽtia. Et non di
cunt de oĩbus que dicunt potẽtia eodẽ modo: ſꝫ dicunt
aut ſm cõuenientiã: vt ſit ad hoc: hoc etiã in hoc: aut ad
hoc. Quedã eñ ſicut motus ad potentiã: ⁊ quedã ſicut
ſubſtantia ad aliquã materiã. Et alio modo dr̃ ꝙ infini
tum ⁊ vacuũ etiam ⁊ oĩa que ſunt talia in actu ⁊ poten/
tia pluriũ p̃dicamẽtoꝝ: vt dr̃ in viſu ⁊ edificato ⁊ inſpe
cto: qm̃ in iſtis poſſibile eſt vt actus ſit verus: ⁊ ſimplr̃
etiã. Aſpectũ vero qꝛ videt ⁊ aliud qꝺ hꝫ potentiam vt
videat. Infinituꝫ aũt non eſt in potentia aliquo modo
ſicut illud qꝺ eſt ſeparatũ in actu: ſed ſm cõgregationẽ.
Neceſſe eſt enim vt iſte actus ſit in potentia ne diuiſio
finiatur: ⁊ non vt ſit ſeparatum.



u

Ideſt. ⁊ cum oĩa iſta diximus de potẽtia que in mobilib⁹ loque/
mur de diſtinctiõe illius qꝺ ſignificat hoc nomen actus: ⁊
queſtio pꝛio eſt qd ſit actus. ¶ D. d. ⁊ qꝺ eſt ⁊c̃. i. ⁊ qꝺ in qua eſt erroꝛ
eſt ſcire pmo qd ſit actus: ⁊ que ſint dr̃ie eius. qm̃ diſtinguẽdo illum
per diffõnem: diſtinguet poſſibile etiã ſm diffõnem: cũ poſſibile etiã
non intelligit niſi in reſpectu actus. ¶ D. d. nõ enim dicimus ⁊c̃. i. ⁊
cauſa ꝓpter quã indigemus diffinire actum in ſciendo poꝛe eſt: qm̃
cum dicimus ꝙ aliquid põt mouere aliquid ⁊ moueri ab aliquo non
dicimus hoc ſimpliciter: ſed reſpectu: qm̃ vnaqueqꝫ iſtarũ potentiaꝝ
non intelligitur niſi in reſpectu actus. ¶ Deinde incepit deſcribere
actum ⁊. d. ⁊ illud qꝺ eſt in actu ⁊c̃. ideſt. ⁊ iſte ſermo eſt intellr̃s per ſe.
¶ D. d. ⁊ qꝺ intẽdimus dicere ⁊c̃. i. ⁊ hoc qꝺ diximus in deſcriptione
actus declarabitur ex inductione: ⁊ hoc intẽdebat cum. d. per ſermo
nem ſequentem. i. ꝙ iſta deſcriptio apparebit qñ conſiderauerimus
quid ſignificat actus in vnaquaqꝫ rerum que dicuntur eſſe in actu:
nihil eniꝫ aliud intendimus ꝙ hoc. ſ. qꝺ eſt in diſpoſitione in qua nõ
eſt cum fuerit in potentia: ⁊ ſilr̃ aliquid eſſe in potentia ſignificat qꝺ
eſt in diſpoſitione oppoſita diſpoſitioni in qua eſt in actu: ⁊ qꝛ actus
⁊ potentia ſunt relatiua cõtraria: ⁊ vtrũqꝫ relatiuoꝝ accipitur in dif
finitione alterius: ⁊ non accidit inde malum. ¶ Et. d. ⁊ non opꝫ que/
rere diffinitionẽ omni modo. i. ⁊ non opꝫ querere diffõnem in oĩbus
rebus eodẽ modo: diffones eñ rerũ nõ relatiuarũ debẽt eſſe alio mõ
a diffõnibus rerũ relatiuarũ. ¶ D. d. ſꝫ cõſideratio eſt de reb⁹ que di/
cunt ſm cõuenientiã. i. ſꝫ diffõ quã querimus h̃ eſt alio modo. cuꝫ cõ/
ſideratio hic eſt in rebus que dicunt ſm cõparationeꝫ adinuicem. ſ.
in rebus relatiuis. ¶ D. d. exemplum ⁊. d. qm̃ ſicut ꝓpoꝛtio ⁊c̃. i. qm̃
ſicut edificans dr̃ in reſpectu edificati: ⁊ edificatum in reſpectu edifi/
cantis: ⁊ doꝛmiens in reſpectu vigilantis: ⁊ vigilans in reſpectu doꝛ/
mientis: ⁊ videns in reſpectu clauſi oculoꝝ: ⁊ ecõuerſo. ⁊ foꝛma in re
ſpectu materie: ⁊ econuerſo. ⁊ artifex in reſpectu artificiati: ⁊ ecõuer
ſo. ⁊ ſilr̃ eſt in ſuis diffinitionibus: cũ ſignificatio diffinitionis debeat
eſſe equalis ſignificationi nominũ. ¶ D. d. ſint igit alterius ⁊c̃. i. ſint
igitur he due diffinitiones actus vlis: qꝺ aũt ſignificat vtrũqꝫ iſtoꝝ
in vnaqꝫ ſpecie eſt diuerſum non cõſimile. ¶ D. d. ſed dr̃ aut ſm cõ/
uenientiã ⁊c̃. i. qm̃ quedã de quibuſdã dicunt ſm cõuenientiã ⁊ pꝛo/
poꝛtionalitateꝫ: ſicut dr̃ hoc nomen potentia de duob⁹ ſm ꝓpoꝛtiona/
litatem eoꝛum: ⁊ hoc intẽdebat cũ. d. vt ſit. i. vt hoc nomen potentia
dr̃ de duobus: quoꝛũ ꝓpoꝛtio alterius ad illud ad qꝺ cõparatur eſt
ſicut ꝓpoꝛtio reliqui ad illud: ⁊ hoc per hãc pꝛepoſitionẽ. ad. aut alijs
pꝛepoſitionibus. ¶ D. d. exemplũ ⁊. d. quedam eñ ſunt ſicut motus
ad potentiam ⁊c̃. i. V. g. in eis que dicunt ſm ꝓpoꝛtionalitatem eſt
dicere potentia ad motum: ⁊ potentia que eſt in mã ad foꝛmã: ꝓpoꝛ/
tio eñ potentie que eſt in moto ad motũ: eſt ꝓpoꝛtio potentie que eſt
in mã ad foꝛmã. ¶ D. d. ⁊ alio modo ⁊c̃. i. ⁊ potẽtia dr̃ alio modo ab
eo qui dr̃ ſm cõuenientiam. V. g. dicere ꝙ infinitũ eſt in potentia: ⁊
intẽdit ꝙ nõ intelligit hic p potentiã: potẽtia que dr̃ reſpectu actus.
Iſta enim eſt finita: ſed intelligit cum dr̃ infinitum eſt in potentia. i.
ꝙ ſemper potẽtia aſſociat ei. vt dictũ eſt in phyſicis. ¶ D. d. ⁊ vacuũ.
ideſt. ⁊ ſicut ſermo dicẽtis ꝙ vacuũ eſt in potẽtia in coꝛpoꝛibus ⁊ in

Vnaqqꝫ potẽtia ñ itel/ligit niſi in reſpectu actus. Idẽ. 7. tex. cõ. 20.

Act⁹ ⁊ potẽtia ſũt relatiue cõtraria.

Relatiua ſeinuicẽ diffiniũt ⁊ non accidit idẽ malũ. Idẽ in poꝛphyrio cap. de ſpecie.

Pꝛopoꝛtio q̃ eſt ĩ moto ad motũ ẽ ꝓpoꝛtio potẽtie q̃ eſt ĩ mã ad foꝛmam.

actu. ⁊ ſermo dicētis ꝙ in mā eſt potētia ad formas infinitas eſt de hoc genere. ℭ D. d. ⁊ oīa q̄ ſunt in potētia ⁊c. i. ⁊ oīa q̄ dicunt̄ in potētia ⁊ actu ſm̄ cōuenientiā inueniunt̄ in pluribus ſpeciebus entiū: vt dr̄ ꝙ in viſu edificato ⁊ inſpecto. i. viſu. i. qm̄ cū dr̄ ꝙ viſus quidā eſt in potētia ⁊ quidā in actu: ⁊ ſilr̄ viſum quoddā eſt in actu ⁊ quoddā in potētia: ⁊ ſilr̄ de edificāte ⁊ edificato. ℭ Et cū induxit iſtos duos modos potētie. ſ. qui dī ſm̄ cōuenientiā: ⁊ qui nō dr̄: incepit diſtinguere eos: ⁊. d. qm̄ in iſtis poſſe eſt vt actus ſit verus ⁊c. i. potētie aūt q̄ dicunt̄ in rei veritate poſſūt exire in actū in aliquo tp̄e: ita ꝙ in eis non remaneat potētia aliquo modo: ⁊ tūc erit verū dicere eas exire in actū ſimplr̄ nō in actū incōpletū. ℭ D. induxit exēpluꝫ p̄dictuꝫ ⁊. d. illud aūt qđ aſpicit̄ q2 vr̄. i. illđ aūt qđ eſt viſuꝫ in potētia pōt exire in actū qn̄ in aliqua hora aſpexerit aliqs ad ipſuꝫ: qm̄ in illa hora erit viſum in actu: ⁊ ſilr̄ aſpiciēs illud in potētia: pōt aſpicere illđ in actu: q2 hꝫ potentiā ad hoc. ℭ D. induxit ſcđm modū: ⁊. d. infinitū aūt ⁊c. i. dicere aūt ꝙ infinitū eſt in potētia: non intēdimus potentiā que exit in actū: ita ꝙ nō remaneat in eo potētia oīno: ⁊ hoc dixit ꝙ declaratuꝫ eſt in phyſicis: ꝙ ſi iſta potētia exiret in actum: tunc infinitū eſſet in actu: qđ eſt īpoſſe: qm̄ ſignū iſtius potētie eſt nō ceſſare neq3 ſeparari ab illo ad qđ pōt: ⁊ ipſuꝫ nō pōt niſi ad ſingulas ptes eius qđ exit in

Que potē/tia ponit̄ in diuiſōne motus. actū reitcuius exitus eſt īfinitus. Et de hoc gn̄e eſt potētia accepta in diuiſōne motus: qm̄ ſi iſta potentia exiuerit in actū deſtrueret̄ motus. ℭ Et. d. ꝙ iſta potētia non pōt eſſe ſeparata: ſed ſm̄ cognitioneꝫ: qm̄ illud qđ eſt ſeparatuꝫ ab ea eſt illud qđ intellectus intelligit in actu: ⁊ iſte modus potētie inuenitur in tempore ⁊ in motu: ⁊ in diuiſione quantitatū. vt dictū eſt in phyſicis. ℭ D. d. neceſſe eniꝫ eſt ⁊c. i. ⁊ neceſſe eſt vt iſta potētia ſit in iſtis rebus non ſeparata in deſinēs: neq3 res infinita reuertat̄ finita. V. g. qm̄ potentia qua diuidit̄ menſura ſi finiretur: tunc finiret̄ diuiſio: qđ eſt impoſſibile.

ℭ Quod quidē igit̄ actu: ⁊ quid eſt ⁊ quale ex his ⁊ ſimilibus manifeſtū eſt nobis. Quādo aūt potentia eſt vnūquodq3 ⁊ qn̄ non determinandū. Non eīm qn̄cūq3 vt terra generatione eſt potētia: homo autēꝫ non. Sed magis cum iam fiat ſperma. Sed neq3 hoc ſimplr̄ forſan. Queādmodū igitur nec a medicatiua omne vtiq3 ſanabit̄: nec a fortuna: ſed eſt aliquid qđ poſſe eſt: ⁊ hoc eſt ſanum potētia. Terminus aūt eius qđ ab intellectu actu fit ex potentia ente quādo volituꝫ fit nullo exteriorum p̄hibente. Ibi aūt in eo qđ ſanatur quando nihil p̄hibet eoꝝ que in ipſo. Silr̄ autem potentia ⁊ domus ſi nihil p̄hibeat eoruꝫ que in his: ⁊ materia fieri domū: nec eſt qđ oporteat adijci aut remoueri: aut permutari hec domus potentia: ⁊ in alijs ſimiliter quorūcunq3 extrinſecus principiū eſt generationis: ⁊ quorūcūq3 ēt in ipſo habēte. Quecūq3 nullo exterioꝝ impediēte erunt per ipſum. Quale ſperma nondum. Opꝫ enim in alio ⁊ permutari. Quando vero iam per ſuum principium eſt tale iam hec eſt potētia. Illa vero altero egent principio. vt terra nondū eſt ſtatua potentia: permutata eīm erit es. Videtur aūt ꝙ dicimus eſſe non hic: ſed illuꝫ vt arca non lignum: ſed lignea. ⁊ lignū non terra: ſed terreum. Iterū terra ſi ſit non aliud ſed illū ⁊ ſemper illud potētiā ſimplr̄ qđ poſterius eſt: vt arca nō terra nec terrea ſed lignea. Hec enim potentia arca: mā arce hoc. Simplr̄ quidem ipſius ipſum ſimplr̄. Huius vero hic lignum. Si vero aliquid eſt primum qđ non adhuc de alio dr̄ illinum: hec prima mā eſt: vt ſi terra aerea eſt: ⁊ aer non ignis ſed igneus: ignis eſt prima mā hoc aliqđ exiſtens. In hoc eniꝫ differt vl'e ⁊ ſubiectū per eſſe hoc aliqđ aut non: vtputa paſſionibus ꝙ ſubijcitur homo ⁊ corpus ⁊ aīa. Paſſio aūt muſicū ⁊ albuꝫ. Dicit̄ aūt muſica adueniente ſm̄ illud non muſica ſed muſicū: ⁊ non albedo homo ſed albū: nec ambulatio aut motus: ſed ambulans aut motū vt illinum. Quecunq3 quideꝫ igit̄ ſic vltimū ſubſtātia. Quecūq3 vero nō ſic ſed ſpēs quedam: ⁊ hoc aliqđ qđ predicat̄ vltimū mā ⁊ ſba mālis ⁊ recte itaq3 accidit illinuꝫ dici ſm̄ materiā ⁊ paſſiones. Ambo nāq3 indeterminata.

